CORN. NEPOTIS
EXCELLENTIUM
IMPERATORUM
VITÆ.

EDITIO NOVISSIMA.

ACCESSIT
ARISTOMENIS MESSENII
VITA,
Ex PAUSANIA.



OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO,
An. Dom. MDCXCVII.
Excudebat JOHAN. CROOKE.

L. P.

cum notis (Gul: Adams) Biog: Classiv. p. 178.
" a very correct book & the Heads well executed."
Harwood cut-ed. Classics 4th Ed. p. 197.
a L. P. copy in the Bishop of Autun's Auction in common
binding sold for a guinea & half Apr. 28d 1793.

collat. & complet:

C.5.P.

609. c. 14


CORNELII
NEPOTIS
Excellentium
Imperatorum
VITAE

CORN. NEPOTIS
EXCELLENTIUM
IMPERATORUM
VITÆ.

EDITIO NOVISSIMA.

ACCESSIT
ARISTOMENIS MESSENII
VITA,
Ex PAUSANIA.

OXONIÆ,
E THEATRO SHELDONIANO,
An. Dom. MDCXCVII.
Excudebat JOHAN. CROOKE.

Imprimatur,

FITZHERB. ADAMS

Dec. 26. 1696. Vice-Can. *OXON.*

MVSEVM
BRITAN
NICVM

D. *Rogero Moſtyn*

BARONETTO

Ex *Æde Chriſti* A. M.

SI Te *Egregie Adoleſcens* vulgari modo ſalutarem, id nimirum effutiendum foret, *Excellentium Imperatorum* turbam haud ignobilem, ad Tuos pedes tanquam ad aſylum confugere; *Hannibalem* à Romanis undique exagitatum, iſtam à Veſtra clientela ſperare ſecuritatem, quam ab armis *Antiochi*, à *Pruſiæ* amicitia incaſſum petiit; *Themiſtoclem* ab ingratis civibus damnatum nunc demum ſortem patienter ferre, quia Tuam ſententiam mitiorem fore confidat. Hîc itaque poſſem Tibi ſummam *Miltiadis* humanitatem, *Ariſtidis* juſtitiam, *Cimonis* liberalitatem, & *Alcibiadis* decoram corporis formam tribuere; atque omnia ingenioſe claudere, dicendo, omnes omnium *Imperatorum* virtutes (proculdubio) in Te uno conjungi.

Hujuſmodi vero laudibus nolo Te obruere, qui à ſermonis fuco penitus abhorres. Eadem itaque ſimplicitate Tibi *Nepotem* offero, qua ipſe ſuum opus *Attico* conſecravit. Et ſane cujus nomen *Cornelio* noſtro auſpicatius præluceat, quam Tuum? qui moribus & ingenio adeo feliciter *Atticum* exprimis, ut non minor Tua in noſtrâ *Academiâ*,

a quam

quam illius olim *Athenis* gloria. Dum enim hi ſtudiis vacas, pari *induſtria* Te Reipublicæ capeſ ſendæ idoneum reddis, pari *judicio* Reipublicæ procurationem fugis; ob *elegantiam vitæ* æque ſpectabilis, ob *liberalitatem* erga miſeros *nec callidam nec temporariam* æque dilectus. Ita enim afflictos *qui olim non infeliciter vixerunt*, opibus ſublevas, ut eorum indigentiæ ſimul conſulas & modeſtiæ; faciſque *ſecretis muneribus*, ut non amplius fortunam incuſent, ideo vero ſolum querantur, quod ignorent cujus benignitati tanta debeant beneficia. Uſque adeo ſtudes aliorum potius utilitati, quàm Tuæ laudi ſervire, & honeſtatis fructum non tam in fama, quam in conſcientia reponere. Fælix *generoſa* noſtræ Ædis *juventus*, qui dum *Virûm* olim *illuſtrium* facta pervolvunt, Te præſentis ævi *decus* intuentur, & inter priſcæ virtutis monumenta cognato Tuo & propiori *exemplo* fruuntur.

Quanquam vero Athenis noſtris Te ſtudiis florentem læte conſpicamur, ignoſcas tamen ſi iſta *prudentia* quæ in cauſa eſt cur Te gravioribus negotiis, & publicis curis ſubtrahas, nos faciat ardentius optare ut iis intereſſes; ut *auguſto* noſtræ gentis *Senatui* permiſtus & patriæ gloriæ conſuleres, & Tuæ; ut hæc Academia quæ hodie Te ſibi eſſe *ornamento* jactat, Te tandem ſtrenuum famæ ſuæ *vindicem* agnoſceret & *patronum*; ut demum ſcriptor aliquis egregius non tam aliorum *Vitas* Tibi in manus traderet, quam *Tuas res geſtas* fælici ingenio æternaret.

Tibi omni ſtudio devinctus

G. A.

PRÆFATIO.

IN proclivi esset Historiam *laudibus efferre, cujus dignitatem & fructum nemo non agnoscit, nisi qui ob mores turpissimos posterorum reformidat censuram; nisi qui aliorum præclara facinora oblivioni eripi indignatur, quia ipse nihil dignum memoria susceperit. Inter eos vero, qui res gestas posteritati tradunt, nemo magis defunctorum famæ consulere videtur, nemo viventium moribus informandis melius inservire, quàm qui* virûm *vel armis vel artibus* insignium vitas *describit; qui Heroum virtutes ita nobis ob oculos ponit, ut distincte, & clare eluceſcant; eorumque facta separatim referendo, qualis quantusque singulus fuerit, enucleate ostendit.*

In productis Historicorum *scriptis, ubi tot reges tot duces occurrunt, non mirum est si alter alterius splendorem obruat, si hic vel ille licet vir egregius, Heroum turbæ permistus facile deliteſcat. Idem hîc fere accidit, quod in Terrarum orbis Tabulâ, ubi notissimas quasque urbes confuse cernimus depictas, quibus tamen viribus singulæ pollent, quibus moribus imbutæ, quibus artibus instructæ florent, frustra in umbratili chartâ conamur deprehendere. In belli civilis Historiâ* Attici *virtutes parum fortasse enituissent, & inter Annalium libros incassum quærenda esset* Agricolæ *imago, nisi ejus* Vitam Tacitus *accuratius depinxerat. Quid quod in amplâ rerum narratione, infinita actionum*

ſeries, & exempla pene innumera non tam erudium animum quàm diſtrahunt; hæret anceps lector quid primùm, quid deinde ſibi imitandum proponat: ſi enim tot perſonas induere, tot ducum ſimilis eſſe velit, periculum eſt ne ſibi tandem diſſimilis evadat. Rectiùs itaque mores ad unius cujuſpiam vitæ *exemplar confingimus, cujus honeſtam elegantiam melius animo complectimur, quia optimi inſtar poematis, ſimplicitate pollet. Faciliùs ab uno pulcherrimam virtutis imaginem deſumimus, quam ex multiplici inter ſeſe diſcrepantium turbâ; & melius fortaſſe Cytheream depinxiſſet Apelles, ſi unius tantum puellæ expreſſiſſet Veneres.*

Id habet Vitarum *ſcriptor cum quovis* Hiſtorico *commune, quòd nihil odio, nihil gratiæ tribuat, quòd veritati quàm maxime ſtudeat: licèt enim quiſpiam pretio adductus* Tyrannum *laudet, non ideo hunc inter bonos* Principes *numeramus, quia conductitium nactus fuerit præconem, nec illum inter optimos* Hiſtoricos, *quia regium meruerit ſtipendium. Id vero* Vitas *exponenti præcipue incumbit, ut cujuſque ingenium penitiſſime exploret, ut intimos animi receſſus rimetur, & incertæ cujuſlibet verſutæque naturæ ambages perſpectas habeat; non ita tamen, ut cum* Tacito *maligne quæque in pejus rapiat, ſed ut omne id quod cuique maxime conveniat, in quo non modo ab aliis, verum etiam interdum à ſeipſo diſcrepet, dilucide aperiat. Non enim ſufficit ut* fortis *quiſpiam, aut* juſtus, *ut* prudens *dicatur, aut* ambitioſus; *non eadem ambitio* Pauſaniæ, *quæ* Lyſandro *expedit; alia fortitudo, & patriæ caritas* Alcibiadi *convenit, alia* Epaminondæ; *alia* Cimoni *laudi eſt, alia* Attico *munificentia: ſua quemque ex natura virtus, non minus*

us quàm facies discriminat, quam Vitarum *scriptoris st acerrimo judicio distinguere, distinctam, actionum erie maxime memorabilium illustrare. Non enim mnia facinora fusius explicanda sunt, quod* Historici *st, sed ea solum quæ vitæ tenorem, ut plerumque, æquailem exprimunt: neque levia quæque & minuta persequenda sunt, quod otiosi est & garruli nugatoris. Absint omnia, quæ vel aliquid autoris gravitati, vel rincipis majestati detrahunt; nec scriptor narret niles fabulas, nec* Heros *longâ in arundine equitet. Absint intempestiva philosophandi causâ diverticula, ubi non tam præceptis opus est, quàm exemplis; absint obscænæ sordes, quæ autoris paginam maculant, legentium pudori officiunt. Quis enim* Plutarchum *ferat philosophiæ farraginem, & mutila poetarum fragmenta ad nauseam usque ingerentem? Ecquis* Ciceronis *meticulosam prudentiam, inexpletam famæ sitim, & importunam Consulatus jactantiam; ecquis solidam Romanæ eloquentiæ vim, aut sermonis Latini Veneres suavitate diffluentes, ex insulsis quibusdam jocis deprehendit, quos* Tullii *ori inseruit* Scriptor *vere* Bœoticus? *Ecquis* Suetonium *patienter legat secretam* Cæsarum *turpitudinem cunctanter & putide designantem? ob hoc certe non tam laude, quàm vituperio dignum, quod eâdem licentiâ* Imperatorum *scelera exposuerit, quâ ipsi olim perpetrârunt. Multa sane in* vitæ fabulâ *occurrunt, quæ non in* scenam *proferenda sunt; multa sunt lepida & jucunda, quæ graviter &* historicâ fide *enarrare ineptissimum videtur; multa sunt levia & indecora, quæ tamen divulgare inhonestum est; nimia enim lux nec picturam decet nec vitam, opaci colores ut plurimùm, utramque melius commendant.*

Plutarc. sed bona verba - hæc oia ferè ex Raprio -

Hæc

*Hæc cum noſter Autor animo perſpexiſſet, ita ex*cellentium Imperatorum Vitas *ſubtexuit, ut neque res fuſius explicuerit, neque leviter tantum perſtrinxerit; nihil retulit quod non memoratu dignum, nihil prætermiſit, quod ad exprimendam Herois cujuſpiam imaginem, & vitæ conſuetudinem declarandam pertinet; adeo ut lectorum animos expleat, non ſatiet; inſtruat, non fatiget. Si ſaltandi peritiam (quæ olim Græcis ſummæ laudi fuit) inter* Epaminondæ *virtutes ponit, id prudenter monet lectores, ne* alienos mores ad ſuos referant, *neque eadem apud omnes* levia *eſſe & indecora arbitrentur. Si quotidianos* Attici *ſumtus ſilentio non prætereat, id unum intelligi vult,* Atticum *fuiſſe* elegantem, *non* magnificum, ſplendidum, *non* ſumtuoſum. *Si* Hannibalis *geſta memoret, non damnat, non parce laudat hoſtem Romanis acerrimum. Si* Alcibiadis *variam & ſibi diſparem naturam depingat, illum nobis exhibet* mollem, *ſed* patientem, laboriоſum, *ſed* diſſolutum, duritiæ deditum, *in vita tamen & victu* luxurioſum; *adeo ut non meliùs in* Catilinæ *morum diſſimilitudinem deſcripſerit* Salluſtius, *cum eum* alieni appetentem, ſui *tamen* profuſum *dixerit. Scio nonnullis diſplicere Nepotis brevitatem, ſed ij ſortaſſe amant in* Livio *verborum luxuriem, ingentes* Herodoti *paginas efflictim depereunt, & librum cupiunt qui brachia potius oneret, quàm acuat judicium. At* Plutarchi vitas *tanquam ad tot heroum* coloſſos *obſtupeſcimus, at in iis* Cornelii *noſtri, imaginem cujuſque principis tanquam in pretioſis* nummulis *intuemur.*

In concionibus quidem parcus eſt, ſed vividus & nervoſus; ſententias adhibet non tam crebras, quàm temperativas, non tam ex intimis doctrinæ adytis petitas, quam ad communem vivendi normam, ad civilem uſum accommodatas

odatas. Quod vero exponendis Vitis *maxime inſervit, ylo utitur mundo, ſimplici, & veritati quam maxime loneo; qui non tam facundiæ pompâ, quam juſtâ & rſpicua brevitate, non tam verborum fuco, quam na-rali quadam pulchritudine effulget; qui demum adeo ram & limpidam Romani ſermonis elegantiam ſapit, non alio uſus fuiſſet* Terentius, *ſi ſui* Scipionis, *aut xelii vitas ornandas ſuſcepiſſet.*

Non eſt itaque cur miremur ſi tam concinni, tam itidi Autoris opera ſæpius typis mandata, nunc de-o recuſa in lucem prodeant. Supervacaneum eſſet ditorum omnium nomina duriuſcule paulum ſonantia cenſere, qui in illuſtrandis Cornelii *noſtri* vitis *ope-am collocarunt. Id præcipue in animum induximus in hac nuperrima Editione, ipſiſſima Nepotis verba ctor reperiret: quod ut faciliùs præſtitum foret, ma-is adjutrices porrexerunt Viri optime de Republicâ teraria meriti* D. Edv. Bernard *S. T. P. &* D. rancisc. Bernard *M. D. & Regiæ Societatis* Soc. *orum alter Editionis* Gebhardianæ *à ſeipſo cum MSS. accuratiſſime collatæ, alter vetuſtiſſimi Cod. Mſc. ibi perhumaniter copiam fecit. Nec ſane prætereun-um eſt quantas ſuppetias tulit Vir optimus ſimul & octiſſimus* D. V. Stubbe *S. T. P. in* Academia Can-ab. *Coll. SS. & individuæ* Trinitat. *Soc. nec non in dem* Academia *digniſſimus* Linguarum Profeſſor; *ui ut vulgata Editio cum ſelectiſſimo in Biblioth. SS.* Trin. *Coll. Mſc. collata eſſet, fideliter & benigne curavit. Quod ad* Ariſtomenis Vitam *attinet, eam antehac ob e-regia herois facinora, & miros rerum eventus cum* ex-ellentium Impp. vitis *editam, à tam illuſtri conſortio non ſegregandam eſſe duximus. Interpretationem non no-am adjecimus, ſed veterem minus obſcuram reddidimus.*

Varias

PRÆFATIO.

Varias lectiones (*quoniam ita mos obtinuit*) *ex singuli MSS. & prope innumeris quas pervolvimus editioni bus, non sine diligentia* (*fortaſse nimis operoſâ*) *excerp ſimus, nec non in calce libri addidimus, non quide omnes, ne libri nimia magnitudo moleſtiæ foret & in immenſam molem* Nepotiana brevitas *ex creſceret. Quoniam vero inter legendum Vitas*, aſte riſimus *aliquando forſan occurrat, id velim lectore animadvertere, ea* notulâ *aut lectionem parum dilucidam, aut minus vulgariter receptam, aut eam ſaltem d qua adhuc editores litigant, deſignari. Ne quid etiam ge neroſæ juventuti deeſſet*, Imperatorum *quotquot com parari poterant* Icones, *aut ex antiquis nummis, a pervetuſto marmore, aut ex Goltzio deſumptas adjeci mus; neque enim omnes ſuperſunt, neque fictitia quaſdam addere voluimus, ne* Romanæ *inſtar* Eccleſiæ *religioſos antiquitatis cultores* mentitis *deciperemus re* liquiis. *Indicem denique* (*fortaſſe nimis amplum confecimus, qualis tamen Notarum vicem ſupplet, qua lis non modo omnigena pene in* Cornelium *noſtrum Scholia, verum etiam quicquid in vaſto* Bœcleri *in dice, quicquid in verboſo* Courtini, *quicquid demum in Philologico* Loccenii *occurrit, eâ quam res paſſa eſt, brevitate complectitur.*

D E

DE
VITA & SCRIPTIS
CORN. NEPOTIS.

OPTANDUM eſſet, egregium aliquem autorem Corn. Nepotis vitam eâ nativâ ſermonis elegantiâ, eâ fide accuratâ deſcripſiſſe, quâ ipſe olim uſus eſt, cum tot inſignes viros immortalitati conſecrârit. Æquum enim eſt ut alieno non indigeat calamo, qui alios illuſtrat ſuo. Verumenimvero iſtiuſmodi Scriptorem fruſtra quærimus, diu deſideraturi; cum hactenus ingrata poſteritas non modo non enucleate tanti viri mores vitamq; depinxerit, verùm nitidiſſimi Autoris opera *Æmilio Probo*, imperito cuidam [1] *Librario*, non minus inſcienter quam inique tribuerit; quaſi indoctus *Scriba* abſolutus repente evaderet hiſtoricus; quaſi idem eſſet limatum opus in angulo Bibliothecæ reconditum, in lucem proferre, ac ſummâ cum induſtriâ & arte componere; quaſi demum nihil foret diſcriminis inter Auguſtæum & Theodoſianum ævum, & hujus barbaries illius æquaret elegantiam. Hìc itaque cum Viris doctiſſimis exclamare licet, furtivæ Æmilio Probo adimantur plumæ, & ſuum Nepoti merito reddatur opus: qui [2] ortus ex Hoſtilia, vico Veronenſium, ad Padi ripas ſito, non imperante Theodoſio, ſed & ante Cæſaris dictaturam & eo dictatore, & ſub imperio Auguſti vixit. Catullus enim Veronenſis Poëta qui natus erat Marii & Syllæ temporibus, & uſque ad Cæſaris dictaturam vixit, *libellum* Epigrammatum *novum & lepidum* Nepoti civi ſuo & amico donat dicatque: ut etiam omittam quod Cornelius noſter [3] civilia bella, [4] Pompeii & Cæſaris ambitionem, & potentiam minime ferendam in ſcriptis paſſim ſtringat, [5] veteranorum militum licentiam & arrogantiam redarguat, quæ omnia eum labante jam Republ. & conſulum poteſtate nondum penitus extinctâ vixiſſe oſtendunt; [6] cum Cicerone etiam intimam contraxit amicitiam, [7] cum Attico cujus vitam ſcripſit, familiariter vixit, & rebus ejus domeſticis interfuit; Attico Vitas excellentium Impp. dicavit, ejuſque rogatu [8] librum de Catone fecit; Auguſti demum principatu [9] obiit, & poſt mortem à Vero-

(1) *Vide Gerard. Voſſ. Lambin. & Savaron. de vita Nepot.* (2) *v. Plin. l. 3. c. 18. qui Nepotem vocat* Padi accolam, *vid. etiam Voſſ.* (3) *in Epaminonda, p. 71.* (4) *in Ageſilao, p. 78. lin. 30.* (5) *in Examine, p. 87. l. 10.* (6) *v. Gell. lib. 15. c. 28.* (7) *v. Attici vitam, p. 124. l. 1.* (8) *v. Caton. vitam, p. 114. l. 5.* (9) *v. Plin. lib. 9. c. 39.*

nenſibus [10] ſtatua donatus eſt, qui Nepotem civem ſuum non minus quam Catullum, Plinios, & Vitruvium jactarunt. Et ſane ſi Cornelii noſtri omnia opera ſupereſſent, videremus alia quamplurima quæ neque in ævum Theodoſianum, neque in peſſimum Bibliothecarium Catalogo librorum compingendo fortaſſe haud inidoneum, cadere poterant. Nepos enim [11] tribus hiſtoriarum Libris *omne ævum* comprehendit, *Obſcurum* ſcil. *Fabuloſum* & *Hiſtoricum*: librum de [12] Græcis hiſtoricis confecit: [13] Ciceronis vitam, & librum de Catone ſeparatim ſcripſit: inter Commentatores à [14] Tertulliano numeratur: libros etiam [15] exemplorum contexuit. [16] Illuſtrium denique Scriptorum vitas compoſuit; & [17] illuſtrium Romanor. vitas cum Græcis Imperatoribus collatas. Sed hæc omnia vel ob hominum incuriam, vel injuriam temporis amiſimus: unum tantum opus quod Vitas excellentium Impp. continet, ad noſtram uſque memoriam pervenit; ex quibus XXII. exterarum gentium Imperator. habemus, II. vero duntaxat Romanos. Scio [18] nonnullos cenſere libellum de Viris Illuſtribus qui Plinio tribui ſolet, Nepotis eſſe; idque veteribus Codicibus aſtrui poſſe aſſerunt. Aurelii tamen Victoris opus eſſe non pauci exiſtimant, licet forte multa ex Nepote Victor excerpſerit. Quidam etiam Daretem Phrygium à Nepote tranſlatum arbitrantur, ſed illud opus Auguſtæum ævum quo floruit Nepos, minime ſapit. Sunt etiam qui Poema quoddam elegans de bello Trojano à Nepote ſcriptum fuiſſe exiſtimant, ſed [19] illud compoſuit ævi ſui doctiſſimus, Joſephus Iſcanus, Anglus, Archiepiſc. olim Burdegalenſis, vulgariter dict. Joſephus Exonienſis: temporibus Hen. 2. & Rich. 1. Anglorum reg. floruit. Quæ itaque è Scriptis Corn. Nepotis ſuperſunt, amplectamur, fovcamus, nec illi opera aliena, nec illius opera aliis tribuamus.

Poſſem equidem plurima de Autore noſtro proferre teſtimonia, ſed iis non indiget, unum itaque quia optimum, ſufficiet, Catulli ſcil. quem ſupra citavimus, primum Epigramma ad Corn. Nepot.

Cui dono lepidum & novum libellum
Aridâ modo pumice expolitum?
Corneli, Tibi: namque tu ſolebas
Meas eſſe aliquid putare nugas,
Jam tum, cum auſus es unus Italorum
Omne ævum tribus explicare chartis
Doctis, Jupiter! & laborioſis, &c.

(10) *Vide Oruphr. Panvin. Catal. Illuſtr. Script. lib. 6. Antiq.* (11) *v. Catulli Epigr. 1. Gell. l. 17. c. 21.* (12) *v. Dionis vitam, p. 45. lin. 4.* (13) *vid. Gell. lib. 15. c. 28.* (14) *vid. Tertull. Apolog. adverſ. gentes, c. 11.* (15) *vid. Gell. l. 7. c. 18.* (16) *v. Hieronym. de Viâ Scriptor. Eccleſiaſt.* (17) *v. vitam Hannibal. ſub fine.* (18) *Hermolaum Barbar. Caſtigat. in Plin. l. 15. c. 22.* (19) *v. Camdeni Relliq. & Seldeni notas in Drayton. Polyolb. p. 98.*

CHRONO-

CHRONOLOGIA IMPP. GRÆCIÆ APUD *CORNELIUM NEPOTEM,* Per OLYMPIADAS.

Ex Herodoto, Thucydide, Xenophonte ac potiſſimum Diodoro.

OLYMPIAS LXXII.

annus putatur U. C. 261. M. 3480.

An. 3. Miltiades Cimonis filius Athenienſium dux Darium vicit, una cum Ariſtide qui Juſtus cognominatus eſt.

Eodem anno pugna Marathonia Darius Perſarum rex profligatur. Herodot. Thucyd. Dionyſ. Gell. & Nepos in Miltiad.

OLYMP. LXXIII.

3. Xerxes Dario Hyſtaſpis F. mortuo ſuccedit.

OLYMP. LXXIV.

2. Ariſtides Oſtraciſmo urbe pellitur ab ingratis civibus. Diod. l. XI. Plut. & Nepos.

4. Themiſtocles oraculum interpretatur de muris ligneis.

OLYMP. LXXV.

1. Bellum Perſicum Xerxis in Græciam. Athenæ incenſæ.

Ariſtides ante tempus ab exilio revocatur. Plut.

Pugna ad Thermopylas duce Leonida, qua 300. Spartani cæſi.

Pugna Athenienſium ac Perſarum infelix.

2. Ariſtides Athenienſ. & Pauſanias Lacedæmon. cum Mardonio pugnant.

Xerxes ad Salaminem victus fugatuſque. Plut. Herod. Diod. alii.

Pugna ad Platæas duce Perſarum Mardonio occiſo, & altera eodem die ad Mycalem.

3. Athenienſes conſilio Themiſtoclis muros inſtaurant, repugnantibus Spartanis. Diod. lib. XI.

4. Ejuſdem ſuaſu Piræei portus Athenis abſolvitur. Diod. ibid.

Pauſaniæ Lacedæmoniorum ducis proditio detecta. Necatur fame in templo Minervæ. Plutarch. Nepos.

Ariſtidis æquitate Græcor. Imp. ad Athenienſes defertur & ſocietatem ineunt.

Ejuſdem opera ærarium Græciæ in Delo conſtituitur.

OLYMP. LXXVI.

1. Lacedæmonii maris imperium affectant. Diod.

OLYMP. LXXVII.

2. Themiſtocles Oſtraciſmo pulſus

ad Xerxem fugit & exul moritur.

3. Cimon Athenienſium dux vincit Perſas prælio navali ac terreſtri eodem die.

Bellum in Perſas I. ad Eurymedontem fluv. Diodor. & Polyæn.

OLYMP. LXXVIII.

4. Xerxes Perſarum Rex ab Artabano trucidatur. Succedit Artaxerxes. Diodor. lib. XI. Cteſias. Nepos de Regibus.

OLYMP. LXXIX.

1. Thaſii ab Athenienſibus deficiunt, à Cimone victi. Thucyd. Nepos.

2. Bellum in Perſas II.

OLYMP. LXXX.

1. Bellum Corinthium excitatum à Megarenſibus.

OLYMP. LXXXI.

3. Athenienſium cum Lacedæmoniis per Cimonem fœdus quinquennale. Diod. lib. XI.

OLYMP. LXXXII.

3. Cimon Perſas in Cypro vincit & maris imperio potitur. Diod. Plut. Thucyd. l. I. & Nep.

Bellum in Perſas III. ab Athenienſibus motum.

4. Cimon in Cypro moritur. Diod. Plut. Thucyd. l. I. & Nepos.

Perſæ à Cimone Athenienſ. duce victi, pacem cum Athenienſibus componunt.

OLYMP. LXXXIII.

1. Bellum Lacedæmonium III. geſtum à Lacedæmoniis cum Megarenſibus. Diod. lib. XIII.

2. Athenienſes ad Coroneam victi à Bœotis. Diod.

3. Bellum Euboicum duce Pericle cum Euboœenſibus geſtum. Diodor. ibid.

OLYMP. LXXXIV.

4. Bellum Samium quo Samii in poteſtatem Athenienſium veniunt Pericle duce. Diod. lib. III.

OLYMP. LXXXV.

1. Bellum Byzantium quo Byzantii ſubacti. Diod. lib. XIII.

2. Bellum Corinthium & Corcyræum. Diod.

4. Corinthiorum & Corcyræorum ad bellum apparatus. Diod.

OLYMP. LXXXVI.

1. Corcyræi vincunt Corinthios auxilio Athenienſium. Diod.

OLYMP. LXXXVII.

2. Bellum Peloponneſiacum incipit. Diod. lib. XIII.

OLYMP. LXXXVIII.

2. Athenienſes duce Chabria & Lachete proſpere ad Syracuſas pugnant. Diod.

4. Artaxerxi Reg. Perſarum mortuo ſuccedit Xerxes. Diod.

OLYMP. LXXXIX.

1. Xerxes Perſarum rex moritur.

OLYMP. XC.

4. Alcibiades inſtaurat Rempubl. Argivorum. Diod.

OLYMP. XCI.

1. Alcibiades, Nicias ac Lamachus, duces Athen. ad bellum cum Syracuſanis gerendum miſſi. Diodor. lib. XIII.

2. Alcibiadis, quod contra Remp. conjuraſſet, poſtulatio. Diodor. Nepos. aliique.

Pugna ducum Athenienſium cum Syracuſanis.

Syracuſanis. Diodor. lib. XIII.
Bellum Decelicum.
Decelia munitur à Spartanis Alcibiadis juſſu contra Athenienſes.

OLYMP. XCII.

1. Alcibiades exul, agit cum Athenienſibus, ut reſtituatur in patriam. Diod. ibid.
2. Alcibiades ab Athenienſibus revocatur. Idem Diod.
Athenienſes duce Thraſyllo & Thraſybulo navali prælio Lacedæmonios ducemque Mindarum vincunt.
3. Conon ſedat Corcyræ ſeditionem. Diod.
Athenienſes iiſdem ducibus Lacedæmon. vincunt navali prælio ad Cyzicum, duce eorum Mindaro occiſo. Diod. ibid.
4. Alcibiades & Thraſybulus in Thracia proſpere pugnant. Diodor. ibid.

OLYMP. XCIII.

1. Alcibiades Athenas reverſus fit ſummus Imp. & brevi exulat. Diod. ibid.
Athenienſium ad Andrum cum Lacedæmoniis pugna ducibus Alcibiade, Adimanto & Thraſybulo. Diod.
Athenienſes Conone duce male pugnant cum Callicratide ad Methymnam, & altera pugna ad Mitylenem. Diod. ibid.
4. Conon ad Euagoram Cypri Regem fugit. Diod.
Athenienſes à Lacedæmoniis ad Ægos Potamos à Lyſandro debellati. Diod. lib. XI. Nepos in Conone.

OLYMP. XCIV.

1. Alcibiades opprimitur. Diodor. Plutarch. Nepos.
4. Thraſybulus devictis tyrannis Athenienſibus libertatem reſtituit. Diod.

OLYMP. XCV.

2. Conon Athenienſ. exul Perſicæ claſſi præfectus adverſus Lacedæmonios. Diod. lib. XIV.

OLYMP. XCVI.

1. Ageſilai cum Perſis in Aſia bellum. Diod.
Lyſander dux Lacedæmon. ad Haliartum interfectus. Diod.
2. Conon vincit Periarchum Lacedæmon. claſſis præfectum ad Cnidum. Diod.
Bellum Sociale Lacedæmonium.
Lacedæmonii à Conone victi, poſt ad Coroneam duce Ageſilao proſpere pugnant. Diod.
3. Conon muros Athenienſ. ope Thebanorum reſtituit.
Iphicrates ad Lechæum cum Ageſilao pugnat. Diod.
Belli Corinthiaci initium. Diod.
4. Iphicrates ad Corinthum feliciter pugnat. Diod. & Nepos.
Deponit imperium, & Chabrias ſuccedit.

OLYMP. XCVII.

1. Thraſybulus cum claſſe miſſus in Thraciam & Lesbum. Diod.
2. Ageſilaus Rex Lacedæmonior. agrum Corinthium populatur.
3. Thraſybulus ab Aſpendiis necatus. Diod.

OLYMP. XCIX.

1. Lacedæmonii arcem Thebarum Cadmeam occupant. Diodor. Ariſtid. Polyb.
Bellum Laconicum Bœoticum. Diod. lib. XV. Ariſt. Iſocr. in Panegyrico.

OLYMP. C.

2. Thebani exules ope Athenienſ. Cad-

Cadmeam recipiunt. Diod. Xenoph. alii.
Bellum Lacedæmon. I.
4. Ageſilai in Bœotiam expeditio. Chabriæ victoria de Spartanis.
Iphicrates ab Athenienſ. auxilio Regi Perſarum Artaxerxi mittitur.

Olymp. CI.

1. Timotheus Lacedæmonios ad Leucadem ſuperat. Diod. l. xv. Xenoph. l. v.
Chabriæ interfecto ſuccedit Iphicrates. Diod. ibid.
3. Timotheus Corcyræis contra Lacedæmon. ſubſidio mittitur.
Item Iphicrates. Diod. Xenoph. Nepos. Frontinus.
Bellum Lacedæmonium II. inter Athenienſes & Lacedæmonios. Diod. & Xenoph.
Iphicrates Exercitui Conductitio præfectus, adverſus Ægyptios proficiſcitur. Diodor. & aliter paulo Nepos.
Pharnabazus cum Iphicrate adverſus Ægyptios profectus.

Olymp. CII.

2. Epaminondas Spartanos ad Leuctra profligat.
Bœoticum Bellum.
Pugna Leuctrica Spartan. cum Thebanis. Diod. & alii.
4. Epaminondas Laconiam invadit, Spartam capit, Meſſenem reſtituit. Diod. & alii.
Bellum Laconicum Arcadic. Lacedæmoniorum cum Arcadibus.
Iphicrates Lacedæmoniis adverſus Arcadas auxilio mittitur.
Bœoti duce Epaminonda in Peloponneſum ingreſſi, & à Chabria Athenienſ. duce repulſi. Diod. Xenoph.
Pelopidas & Epaminondas Arcadibus auxilio à Thebanis mittuntur. Diod. Plut. in Pelopi. Juſtin. l. VII. Nep. in Pelop. alii.

Olymp. CIII.

1. Pelopidas ab Alexandro Pheræo in vincula conjicitur. Diod. Plutarch. Nepos. Pauſan. in Bœot. Thebanor. cum Arcadib. Bellum.
Dionyſius Syracuſarum Tyrannus moritur. Probus de Regibus. Euſebius in Chron. alii.
2. Pelopidas liberatur.
4. Bellum Arcadum & Eleorum. Diod. lib. xv. Xenoph. Juſtin. Frontin.

Olymp. CIV.

1. Pelopidas prælio adverſus Alexandrum Pheræum cadit. Plut. Nepos. Diodor.
Thebani Epaminonda perorante, de maritimo imperio comparando cogitant.
Timotheus in Thraciam profectus, Potidæam, & Toronem occupat. Diod. lib. xv.
Cum Olynthiis bellum gerit. Nepos in vita Demoſthen. Olynth.
2. Epaminondas Spartam iterum tentat. Lacedæmonios ad Mantineam vincit, ibidemque interficitur. Diod. & alii paſſim.
Pugna Mantinenſis duce Epaminonda.
3. Ageſilaus & Chabrias à Regi Perſarum deficiunt.
Artaxerxi Regi Perſarum mortuo ſuccedit Artaxerxes Ochus.
Ageſilai interitus. Xenoph. Plutarch. Diod. Nepos in Ageſilao.

Olymp. CV.

3. Chabrias & Chares adverſus Athenienſium ſocios Chios, Rhodios, Coos & Byzantios miſſus in prælio occubuit. Diod. lib. XVI. & Nepos in Chabria.
Bellum ſociale Athenienſium.

lib.

Dionis fuga & præparatio ad bellum cum Dionysio. Diod. ibid. Ælian. lib. XII. Variar. Histor. cap. 44. in vita.
Dionis felix cum Dionysio bellum. Diod. Nepos in vita.
Alexandri Pheræi interitus. Diod. Plutarch. & alii.

OLYMP. CVI.

Iphicrates & Timotheus ab Athenienſibus multantur.
Athenienſes cum Sociis acriter pugnant, ducibus Charete, Iphicrate & Timotheo. Diod. Nepos in Timoth.
Dion Syracuſas in libertatem vindicat. Diod. lib. XVI.
Dion moritur annos natus circiter LV. Euſeb. in Chron. ubi vitioſe Dionyſius pro Dion legebatur.
Chares Seſtum capit. Diod.
Philippus oculum in expugnatione Methones amiſit. vid. Vitas comparatas.

OLYMP. CVII.

Phocion Athen. Perſarum dux eſt contra Cyprios. Diod. l. XVI.

OLYMP. CVIII.

Iphicrates Athen. dux Dionyſii Siculi naves auro doniſq; Apollini Delphico conſecrandis onuſtas intercipit. Diod.
Timoleontis in Siciliam expeditio.
Hicetas Princeps Syracuſarum à Timoleonte ſuperatus.
Syracuſas in libertatem reſtituere conatur. Diod. Nepos. Plut.

OLYMP. CIX.

Timoleon pulſis Pœnis Syracuſis potitur.
Rempubl. Syracuſ. inſtaurat.
Contra Siculos rem feliciter gerit. Diod. Nepos in Timol.
4. Phocion Athen. dux Clitarchum Tyrann. Eretriæ à Philippo conſtitutum profligat. Diod. l. XVI.

OLYMP. CX.

1. Timoleon Carthaginienſium exercitum ad Crimeſum ſuperat. Plut. Nepos. Diod. Polyæn. l. VI.
2. Timoleon Carthaginenſibus pacem petentibus concedit. Diod.
3. Pugna ad Chæroneam qua Philippus Athenienſes vicit. Diod. Dionyſ. ad Amnæum. Pauſan. in Attic. & alii.
4. Timoleon moritur. Nepos. Plut.

OLYMP. CXI.

1. Philippus Rex à Pauſania ſatellite occiditur. Diod. l. XVI. Arrian. & alii.
3. Alexander M. Philippo patri ſuccedit.

OLYMP. CXIII.

3. Hephæſtionis mors. Nep. in Eumene. Ælian. l. XII. c. 7. & alii.

OLYMP. CXIV.

1. Alexander Babylone moritur vel veneno vel intemperantia.
2. Antipater & Craterus Æoliam oppugnant.

OLYMP. CXV.

2. Eumenes ſit regum tutor. Phocion ad Antipatrum proficiſci recuſat.
3. Argyraſpidum phalanx Eumeni adjuncta ſtruſtra ab Antigono & Ptolemæo ſollicitatur.
4. Eumenes adverſus Antigonum bellum gerit, & Satrapæ Orientis ſe conjungunt.

OLYMP. CXVI.

1. Eumenis cum Antigono anceps prælium.
Ab Antigono capitur & occiditur. Diod. Nepos.

NOMI-

NOMINA IMPP.

Quorum VITAS *Corn. Nep. descripsit.*

I. MILTIADES, *pag.* 3.
II. THEMISTOCLES, 9.
III. ARISTIDES, 16.
IV. PAUSANIAS, 18.
V. CIMON, 22.
VI. LYSANDER, 25.
VII. ALCIBIADES, 28.
VIII. THRASYBULUS, 36.
IX. CONON, 39.
X. DION, 43.
XI. IPHICRATES, 49.
XII. CHABRIAS, 51.
XIII. TIMOTHEUS, 54.
XIV. DATAMES, 57.
XV. EPAMINONDAS, 65.
XVI. PELOPIDAS, 72.
XVII. AGESILAUS, 76.
XVIII. EUMENES, 82.
XIX. PHOCION, 91.
XX. TIMOLEON, 94.
XXI. HAMILCAR, 100.
XXII. HANNIBAL, 104.

Romanorum.

M. PORCIUS CATO, 112.
T. POMP. ATTICUS, 115.

CORNELII NEPOTIS, EXCELLENTIUM IMPERATORUM VITÆ.

AD

T. POMPONIUM ATTICUM,

LIB. PRIOR.

AUTORIS PRÆFATIO.

NON dubito fore plerosque, Attice, *qui hoc genus scripturæ, leve, & non satis dignum summorum virorum personis judicent; cum relatum legent, quis Musicam docuerit Epaminondam, aut in ejus virtutibus commemorari, saltasse eum commode, scienterque tibiis cantasse. Sed hi erunt fere, qui expertes literarum Græcarum, nihil rectum, nisi quod ipsorum moribus conveniat, putabunt. Hi, si didicerint, non eadem omnibus esse honesta atque turpia, sed omnia majorum institutis judicari; non admirabuntur, nos in Graiorum virtutibus exponendis mores eorum secutos. Neque enim Cimoni fuit turpe Athenienſium summo viro, sororem germanam habere in matrimonio; quippe cum cives ejus eodem uterentur instituto. At*

id quidem noſtris moribus nefas habetur. Laudi in Græcia ducitur adoleſcentulis, quamplurimos habere amatores. Nulla Lacedæmoni tam eſt nobilis vidua, quæ non ad ſcenam eat mercede conducta. Magnis in laudibus tota fere fuit Græcia, victorem Olympiæ citari; in ſcenam vero prodire, & populo eſſe ſpectaculo, nemini in eiſdem gentibus fuit turpitudini: quæ omnia apud nos partim infamia, partim humilia, atque ab honeſtate remota, ponuntur. Contra ea, pleraque noſtris moribus ſunt decora, quæ apud illos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamilias non primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? quod multo ſit aliter in Græcia. Nam neque in convivium adhibetur, niſi propinquorum; neque ſedet, niſi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis *appellatur, quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus. Sed plura perſequi tum magnitudo voluminis prohibet, tum feſtinatio, ut ea explicem, quæ exorſus ſum. Quare ad propoſitum veniemus, & in hoc exponemus libro* Vitas excellentium Imperatorum.

I. MIL-

I.

MILTIADES.

MILTIADES Cimonis filius, Athenienſis, cum & antiquitate generis, & gloria majorum, & ſua modeſtia, unus omnium maxime floreret; eaque eſſet ætate, ut non jam ſolum de eo bene ſperare, ſed etiam confidere cives poſſent ſui, talem futurum, qualem cognitum judicarunt: accidit, ut Athenienſes Cherſoneſum colonos vellent mittere. Cujus generis cum magnus numerus eſſet, & multi ejus demigrationis peterent ſocietatem; ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem, quo potiſſimum duce uterentur. Nam tum Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His conſulentibus nominatim Pythia præcepit, ut Miltiadem ſibi Imperatorem ſumerent. Id ſi feciſſent, incepta proſpera futura. Hoc oraculi reſponſo Miltiades cum delecta manu, claſſe Cherſoneſum profectus, cum acceſſiſſet Lemnum, & incolas ejus inſulæ ſub poteſtatem redigere vellet Athenienſium, idque ut Lemnii ſua ſponte facerent, poſtulaſſet; illi

irridentes reſponderunt, tum id ſe facturos, cum ille domo navibus proficiſcens vento Aquilone veniſſet Lemnum: hic enim ventus à ſeptentrionibus oriens, adverſum tenet Athenis proficiſcentibus. Miltiades morandi tempus non habens, curſum direxit quo tendebat, pervenitque Cherſoneſum.

Ibi brevi tempore barbarorum copiis disjectis, tota regione, quam petierat, potitus, loca caſtellis idonea communivit: multitudinem, quam ſecum duxerat, in agris collocavit, crebriſque excurſionibus locupletavit. Neque minus in ea re prudentia, quam felicitate, adjutus eſt. Nam cum virtute militum deviciſſet hoſtium exercitus, ſumma æquitate res conſtituit, atque ipſe ibidem manere decrevit. Erat enim inter eos dignitate regia, quamvis carebat nomine: neque id magis imperio, quam juſtitia, conſecutus. Neque eo ſegnius Athenienſibus, à quibus erat profectus, officia præſtabat. Quibus rebus fiebat, ut non minus eorum voluntate perpetuo imperium obtineret, qui miſerant, quam illorum, cum quibus erat profectus. Cherſoneſo tali modo conſtituta Lemnum revertitur, & ex pacto poſtulat, ut ſibi urbem tradant. Illi enim dixerant, cum vento Borea domo profectus eo perveniſſet, ſeſe dedituros: ſe autem domum Cherſoneſi habere. Cares, qui tum Lemnum incolebant, etſi præter opinionem res ceciderat, tamen non dicto, ſed ſecunda fortuna adverſariorum capti, reſiſtere auſi non ſunt, atque ex inſula demigrarunt. Pari felicitate cæteras inſulas, quæ Cyclades nominantur, ſub Athenienſium redegit poteſtatem.

Eiſdem temporibus Perſarum rex Darius, ex Aſia in Europam exercitu trajecto, Scythis bellum inferre decrevit; pontem fecit in Iſtro flumine, qua copias traduceret. Ejus pontis, dum ipſe abeſſet, cuſtodes reliquit principes, quos ſecum ex Ionia & Æolide duxerat; quibus ſingulis ipſarum urbium perpetua dederat imperia. Sic enim putavit facillime ſe Græca lingua loquentes, qui Aſiam incolerent, ſub ſua retenturum

turum poteſtate, ſi amicis ſuis oppida tuenda tradidiſſet; quibus, ſe oppreſſo, nulla ſpes ſalutis relinqueretur. In hoc fuit tum numero Miltiades, cui illa cuſtodia crederetur. Hîc cum crebri afferrent nuntii, male rem gerere Darium, premique à Scythis, Miltiades hortatus eſt pontis cuſtodes, ne à fortuna datam occaſionem liberandæ Græciæ dimitterent. Nam ſi cum iis copiis, quas ſecum tranſportaverat, interiiſſet Darius, non ſolum Europam fore tutam, ſed etiam eos, qui Aſiam incolerent Græci genere, liberos à Perſarum futuros dominatione & periculo. Id & facile effici poſſe: ponte enim reſciſſo, regem vel hoſtium ferro, vel inopia, paucis diebus interiturum. Ad hoc conſilium cum plerique accederent, Hiſtiæus Mileſius, ne res conficeretur, obſtitit, dicens, non idem ipſis, qui ſummas imperii tenerent, expedire, & multitudini; quod Darii regno ipſorum niteretur dominatio: quo extincto ipſos poteſtate expulſos civibus ſuis pœnas daturos. Itaque adeo ſe abhorrere à cæterorum conſilio, ut nihil putet ipſis utilius, quam confirmari regnum Perſarum. Hujus cum ſententiam plurimi eſſent ſecuti, Miltiades non dubitans, tam multis conſciis ad regis aures conſilia ſua perventura, Cherſoneſum reliquit, ac rurſus Athenas demigravit. Cujus ratio etſi non valuit, tamen magnopere eſt laudanda; *cum amicior omnium libertati, quam ſuæ fuerit dominationi.*

Darius autem, cum ex Europa in Aſiam rediſſet, hortantibus amicis, ut Græciam in ſuam redigeret poteſtatem, claſſem quingentarum navium comparavit, eique Datim præfecit, & Artaphernem; hiſque ducenta peditum millia, & decem equitum dedit: cauſam interſerens, ſe hoſtem eſſe Athenienſibus, quod eorum auxilio Iones Sardis expugnaſſent, ſuaque præſidia interfeciſſent. Præfecti regii claſſe ad Euboeam appulſa celeriter Eretriam ceperunt, omneſque ejus gentis cives abreptos in Aſiam ad regem miſerunt. Inde ad Atticam acceſſerunt, ac ſuas copias in campum Marathona

thona deduxerunt. Is abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem. Hoc tumultu Athenienſes tam propinquo, tamque magno permoti, auxilium nuſquam, niſi à Lacedæmoniis, petiverunt; Philippidemque curſorem ejus generis, qui *hemerodromi* vocantur, Lacedæmonem miſerunt, ut nuntiaret, quam celeri eſſet opus auxilio. Domi autem creati decem prætores, qui exercitui præeſſent: in eis Miltiades. Inter quos magna fuit contentio, utrum mœnibus ſe defenderent, an obviam irent hoſtibus, acieque decernerent. Unus Miltiades maxime nitebatur, ut primo quoque tempore caſtra fierent: id ſi factum eſſet, & civibus animum acceſſurum, cum viderent de eorum virtute non deſperari; & hoſtes eadem re fore tardiores, ſi animadverterent, auderi adverſus ſe tam exiguis copiis dimicare.

Hoc in tempore nulla civitas Athenienſibus auxilio fuit præter Platæenſium: ea mille miſit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa ſunt; quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate: quo factum eſt, ut plus, quam collegæ, Miltiades valuerit. Ejus enim auctoritate impulſi Athenienſes copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo caſtra fecerunt; deinde poſtero die ſub montis radicibus, acie è regione inſtructa, nova arte, vi ſumma prælium commiſerunt. Namque arbores multis locis erant ſtratæ, hoc conſilio, ut & montium tegerentur altitudine, & arborum tractu equitatus hoſtium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis, etſi non locum æquum videbat ſuis, tamen fretus numero copiarum ſuarum, confligere cupiebat; eoque magis, quod priuſquam Lacedæmonii ſubſidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, prælumque commiſit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienſes, ut decemplicem numerum hoſtium profligarent, adeoque perterruerunt, ut Perſæ non caſtra, ſed naves peterent.

Qua

Qua pugna nihil adhuc eſt nobilius. Nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes proſtravit.

Cujus victoriæ, non alienum videtur, quale præmium Miltiadi ſit tributum, docere; quo facilius intelligi poſſit, *eandem omnium civitatum eſſe naturam.* Ut enim P. R. honores quondam fuerunt rari & tenues, ob eamque cauſam glorioſi, nunc autem effuſi, atque obſoleti; ſic olim apud Athenienſes fuiſſe reperimus. Namque huic Miltiadi, qui Athenas, totamque Græciam liberavit, talis honos tributus eſt in porticu, quæ *Pœcile* vocatur, cum pugna depingeretur Marathonia; ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, iſque hortaretur milites, præliumque committeret. Idem ille populus, poſteaquam majus imperium eſt nactus, & largitione magiſtratuum corruptus eſt, trecentas ſtatuas Demetrio Phalereo decrevit.

Poſt hoc prælium claſſem ſeptuaginta navium Athenienſes eidem Miltiadi dederunt, ut inſulas, quæ barbaros adjuverant, bello perſequeretur: quo imperio pleraſque ad officium redire coegit, nonnullas vi expugnavit. Ex his Parum, inſulam opibus elatam, cum oratione reconciliare non poſſet, copias è navibus eduxit, urbem operibus clauſit, omnique commeatu privavit: deinde vineis ac teſtudinibus conſtitutis, propius muros acceſſit. Cum jam in eo eſſet, ut oppido potiretur, procul in continenti lucus, qui ex inſula conſpiciebatur, neſcio quo caſu, nocturno tempore incenſus eſt: cujus flamma ut ab oppidanis & oppugnatoribus eſt viſa, utriſque venit in opinionem, ſignum à claſſiariis regiis datum. Quo factum eſt, ut & Parii à deditione deterrerentur, & Miltiades timens, ne claſſis regia adventaret, incenſis operibus, quæ ſtatuerat, cum totidem navibus atque erat profectus, Athenas magna cum offenſione civium ſuorum rediret. Accuſatus ergo proditionis, quod, cum Parum expugnare poſſet, à rege corruptus, infectis rebus à pugna diſceſſiſſet. Eo tempore æger erat vulneribus, quæ in oppugnando oppido

do acceperat. Itaque quoniam ipſe pro ſe dicere non poſſet, verba pro eo fecit frater ejus Tiſagoras. Cauſa cognita, capitis abſolutus, pecunia multatus eſt; eaque lis quinquaginta talentis æſtimata eſt, quantus in claſſem ſumtus factus erat. Hanc pecuniam quod ſolvere non poterat, in vincula publica conjectus eſt, ibique diem obiit ſupremum.

Hic etſi crimine Pario eſt accuſatus, tamen alia fuit cauſa damnationis. Namque Athenienſes propter Piſiſtrati tyrannidem, quæ paucis annis ante fuerat, omnium ſuorum civium potentiam extimeſcebant. Miltiades multum in imperiis, magiſtratibuſque verſatus, non videbatur poſſe eſſe privatus, præſertim cum conſuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur. Nam Cherſoneſi omnes illos, quos habitarat annos, perpetuam obtinuerat dominationem; *tyrannuſque* fuerat appellatus, ſed juſtus: non erat enim vi conſecutus, ſed ſuorum voluntate, eamque poteſtatem bonitate retinuerat. *Omnes autem & habentur & dicuntur tyranni, qui poteſtate ſunt perpetua in ea civitate, quæ libertate uſa eſt.* Sed in Miltiade erat cum ſumma humanitas, tum mira comitas, ut nemo tam humilis eſſet, cui non ad eum aditus pateret: magna auctoritas apud omnes civitates, nobile nomen, laus rei militaris maxima. Hæc populus reſpiciens, maluit eum innoxium plecti, quam ſe diutius eſſe in timore.

II. THEMI-

II.

THEMISTOCLES.

THEMISTOCLES, Neoclis filius, Athenienſis. Hujus vitia ineuntis adoleſcentiæ magnis ſunt emendata virtutibus; adeo ut anteferatur huic nemo, pauci pares putentur. Sed ab initio eſt ordiendum. Pater ejus Neocles generoſus fuit. Is uxorem Halicarnaſſiam civem duxit, ex qua natus eſt Themiſtocles. Qui cum minus eſſet probatus parentibus, quod & liberius vivebat, & rem familiarem negligebat; à patre exhæredatus eſt. Quæ contumelia non fregit eum, ſed erexit. Nam cum judicaſſet, ſine ſumma induſtria non poſſe eam extingui, totum ſe dedidit reipublicæ, diligentius amicis famæque ſerviens. Multum in judiciis privatis verſabatur: ſæpe in concionem populi prodibat: nulla res major ſine eo gerebatur, celeriterque quæ opus erant, reperiebat, facile eadem oratione explicabat. Neque minus in rebus gerendis promtus, quam excogitandis, erat; quod & de inſtantibus, (ut ait Thucydides,) veriſſime judicabat, &

de futuris callidiſſime conjiciebat. Quo factum eſt, ut brevi tempore illuſtraretur.

Primus autem gradus fuit capeſſendæ reipublicæ bello Corcyræo: ad quod gerendum prætor à populo factus, non ſolum præſenti bello, ſed etiam reliquo tempore ferociorem redidit civitatem. Nam cum pecunia publica, quæ ex metallis redibat, largitione magiſtratuum quotannis interiret; ille perſuaſit populo, ut ea pecunia claſſis centum navium ædificaretur. Qua celeriter effecta, primum Corcyræos fregit, deinde maritimos prædones conſectando, mare tutum reddidit. In quo cum divitiis ornavit, tum etiam peritiſſimos belli navalis fecit Athenienſes. Id quantæ ſaluti fuerit univerſæ Græciæ, bello cognitum eſt Perſico. Nam cum Xerxes & mari & terra bellum univerſæ inferret Europæ; cum tantis eam copiis invaſit, quantas neque antea, neque poſtea habuit quiſquam. Hujus enim claſſis, mille & ducentarum navium longarum fuit, quam duo millia onerariarum ſequebantur: terreſtres autem exercitus ſeptingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium fuerunt. Cujus de adventu cum fama in Græciam eſſet perlata, & maxime Athenienſes peti dicerentur, propter pugnam Marathoniam; miſerunt Delphos conſultum, quidnam facerent de rebus ſuis. Deliberantibus Pythia reſpondit, ut mœnibus ligneis ſe munirent. Id reſponſum quo valeret, cum intelligeret nemo, Themiſtocles perſuaſit, conſilium eſſe Apollinis, ut in naves ſe ſuaque conferrent: eum enim à deo ſignificari murum ligneum. Tali conſilio probato, addunt ad ſuperiores totidem naves triremes; ſuaque omnia, quæ moveri poterant, partim Salaminem, partim Trœzenem aſportant: arcem ſacerdotibus pauciſque majoribus natu, ac ſacra procuranda tradunt, reliquum oppidum relinquunt.

Hujus conſilium pleriſque civitatibus diſplicebat, & in terra dimicari magis placebat. Itaque miſſi ſunt delecti cum Leonida Lacedæmoniorum rege, qui Thermopylas

mopylas occuparent, longiuſque barbaros progredi non paterentur. Hi vim hoſtium non ſuſtinuerunt, eoque loco omnes interierunt. At claſſis communis Græciæ trecentarum navium, in qua ducentæ erant Athenienſium, primum apud Artemiſium, inter Eubœam continentemque terram cum claſſiariis regis conflixit. Anguſtias enim Themiſtocles quærebat, ne multitudine circumiretur. Hîc etſi pari prælio diſceſſerant, tamen eodem loco non ſunt auſi manere, quod erat periculum, ne ſi pars navium adverſariorum Eubœam ſuperaſſet, ancipiti premerentur periculo. Quo factum eſt, ut ab Artemiſio diſcederent, & adverſum Athenas apud Salamina claſſem ſuam conſtituerent.

At Xerxes Thermopylis expugnatis protinus acceſſit Aſtu, idque nullis defendentibus, interfectis ſacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Cujus flamma perterriti claſſiarii cum manere non auderent, & plurimi hortarentur, ut domos ſuas quiſque diſcederent, mœnibuſque ſe defenderent; Themiſtocles unus reſtitit, & univerſos eſſe pares aiebat, diſperſos teſtabatur perituros; idque Eurybiadi Regi Lacedæmoniorum, qui tum ſummæ imperii præerat, fore affirmabat. Quem cum minus, quam vellet, moveret, noctu de ſervis ſuis, quem habuit fideliſſimum, ad regem miſit, ut ei nunciaret ſuis verbis, adverſarios ejus in fuga eſſe; qui ſi diſceſſiſſent, majore cum labore & longinquiore tempore bellum confecturum, cum ſingulos conſectari cogeretur; quos ſi ſtatim aggrederetur, brevi univerſos oppreſſurum. Hoc eo valebat, ut ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur. Hac re audita, barbarus nihil doli ſubeſſe credens, poſtridie alieniſſimo ſibi loco, contra opportuniſſimo hoſtibus, adeo anguſto mari conflixit, ut ejus multitudo navium explicari non potuerit. Victus ergo eſt magis conſilio Themiſtoclis, quam armis Græciæ.

Hîc barbarus etſi male rem geſſerat, tamen tantas habebat reliquias copiarum, ut etiam cum his opprimere

mere posset hostes. Interim tamen ab eodem gradu depulsus est. Nam Themistocles verens, ne bellare perseveraret, certiorem eum fecit, id agi, ut pons, quem ille in Hellesponto fecerat, dissolveretur, ac reditu in Asiam excluderetur; idque ei persuasit. Itaque qui sex mensibus iter fecerat, eadem minus diebus triginta in Asiam reversus est, seque à Themistocle non superatum, sed conservatum judicavit. Sic unius viri prudentia Græcia liberata est, Europæque succubuit Asia. Hæc altera victoria, quæ cum Marathonio possit comparari tropæo. Nam pari modo apud Salaminam parvo numero navium maxima post hominum memoriam classis est devicta.

Magnus hoc bello Themistocles fuit, nec minor in pace. Cum enim Phalareo portu neque magno, neque bono Athenienses uterentur, hujus consilio triplex Piræei portus constitutus est; isque mœnibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate æquipararet, utilitate superaret. Idemque muros Athenienſium restituit præcipuo suo periculo. Namque Lacedæmonii causam idoneam nacti propter Barbarorum excursiones, qua negarent oportere extra Peloponnesum ullam urbem haberi, ne essent loca munita, quæ hostes possiderent; Athenienses ædificantes prohibere sunt conati. Hoc longe alio spectabat, atque videri volebant. Athenienses enim duabus victoriis, Marathonia & Salaminia, tantam gloriam apud omnes gentes erant consecuti, ut intelligerent Lacedæmonii, de principatu sibi cum his certamen fore: quare eos quam infirmissimos esse volebant. Postquam autem audierunt muros instrui, legatos Athenas miserunt, qui id fieri vetarent. His præsentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, & solus primo profectus est: reliqui legati ut tum exirent, cum satis altitudo muri exstructa videretur, præcepit: ut interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset, sive profanus, sive privatus,

tus, ſive publicus; ſed undique quod idoneum ad muniendum putarent, congererent. Quo factum eſt, ut Athenienſium muri ex ſacellis ſepulchriſque conſtarent.

Themiſtocles autem, ut Lacedæmonem venit, adire ad magiſtratus noluit, & dedit operam ut quam longiſſime tempus duceretur; cauſam interponens, ſe collegas exſpectare. Cum Lacedæmonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque ea re conari fallere, interim reliqui legati ſunt conſequuti; à quibus cum audiſſet, non multum ſupereſſe munitionis, ad Ephoros Lacedæmoniorum acceſſit, penes quos ſummum imperium erat; atque apud eos contendit, falſa his eſſe delata: quare æquum eſſe, illos, viros bonos nobileſque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea ſe obſidem retinerent. Geſtus eſt ei mos, treſque legati, functi ſummis honoribus, Athenas miſſi ſunt. Cum his collegas ſuos Themiſtocles juſſit proficiſci; eiſque prædixit, ut ne prius Lacedæmoniorum legatos dimitterent, quam ipſe eſſet remiſſus. Hos poſtquam Athenas perveniſſe ratus eſt, ad magiſtratum Senatumque Lacedæmoniorum adiit, & apud eos liberrime profeſſus eſt, Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poſſent, Deos publicos, ſuoſque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe: neque eo quod inutile eſſet Græciæ, feciſſe. Nam illorum urbem ut propugnaculum oppoſitum eſſe barbaris, apud quam jam bis claſſis regia feciſſet naufragium. Lacedæmonios autem male & injuſte facere qui id potius intuerentur, quod ipſorum dominationi, quam quod univerſæ Græciæ utile eſſet. Quare ſi ſuos legatos recipere vellent, quos Athenas miſerant, ſe remitterent: aliter illos nunquam in patriam recepturi.

Hic tamen non effugit civium ſuorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiades, teſtularum ſuffragiis è civitate ejectus, Argos habitatum conceſſit. Hîc cum propter multas ejus virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedæmonii legatos

Athenas

Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Græciam opprimendam fecisset. Hoc crimine absens proditionis est damnatus. Id ut audivit, quod non satis tutum se Argis videbat, Corcyrum demigravit. Ibi cum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedæmonii & Athenienses indicerent, ad Admetum Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit. Huc cum venisset, & in præsentia rex abesset, quo majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit, & cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cæremonia, conjecit: inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem reciperet, quam præstitit. Nam cum ab Athenien sibus & Lacedæmoniis expoſceretur publice, supplicem non prodidit; monuitque, ut consuleret sibi: difficile enim esse, in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit, & quod satis esset præsidii dedit. Hac re audita, hic in navim omnibus ignotus ascendit: quæ cum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Athenien sium erat exercitus; sensit Themistocles, si eo perveniſſet, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus, domino navis, quis sit, aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in anchoris, neque quenquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem exponit: cui ille pro meritis gratiam postea rettulit.

Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem Xerxe regnante in Asiam transisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt, & ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse: *Themistocles veni ad te, qui plurima mala omnium Grajorum in domum tuam intuli, cum mihi necesse fuit adversus patrem tuum bellare, patriamque*

patriamque meam defendere. Idem multo plura bona feci, poſtquam in tuto ipſe, & ille in periculo eſſe cœpit. Nam cum in Aſiam reverti nollet, prælio apud Salamina facto, literis eum certiorem feci, id agi, ut pons, quem in Helleſponto fecerat, diſſolveretur, atque ab hoſtibus circumiretur: quo nuntio ille periculo eſt liberatus. Nunc autem ad te confugi exagitatus à cuncta Græcia, tuam petens amicitiam: quam ſi ero adeptus, non minus me bonum amicum habebis, quam fortem inimicum ille expertus eſt. Ea autem rogo, ut de his rebus, de quibus tecum loqui volo, annum mihi temporis des, eoque tranſacto, me ad te venire patiaris.

Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupienſque talem virum ſibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus literis, ſermonique Perſarum dedit: quibus adeo eruditus eſt, ut multo commodius dicatur apud regem verba feciſſe, quam hi poterant, qui in Perſide erant nati. Hic cum multa regi eſſet pollicitus, gratiſſimumque illud, ſi ſuis uti conſiliis vellet, illum Græciam bello oppreſſurum; magnis muneribus ab Artaxerxe donatus in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiæ ſibi conſtituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his uſus verbis, quæ ei panem præberet: (ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant:) Lampſacum, unde vinum ſumeret: Myuntem, ex qua opſonium haberet. Hujus ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo: ſepulchrum prope oppidum, in quo eſt ſepultus: ſtatuæ in foro Magneſiæ. De cujus morte multis modis apud pleroſque ſcriptum eſt, ſed nos eundem potiſſimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magneſiæ morbo mortuum: neque negat fuiſſe famam, venenum ſua ſponte ſumſiſſe, cum ſe, quæ regi de Græcia opprimenda pollicitus eſſet, præſtare poſſe deſperaret. Idem oſſa ejus clam in Attica ab amicis eſſe ſepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus, memoriæ prodidit.

III. ARI-



III.

ARISTIDES.

ARISTIDES Lysimachi filius, Athenienſis, æqualis fere fuit Themiſtocli. Itaque cum eo de principatu contendit, namque obtrectarunt inter ſe. In his autem cognitum eſt quanto antiſtaret eloquentia innocentiæ. Quanquam enim adeo excellebat Ariſtides abſtinentia, ut unus poſt hominum memoriam, quod quidem nos audiverimus, cognomine *Juſtus* ſit appellatus; tamen à Themiſtocle collabefactus teſtula illa, exilio decem annorum multatus eſt. Qui quidem cum intelligeret reprimi conceitatam multitudinem non poſſe, cedenſque animadverteret quendam ſcribentem, ut patria pelleretur; quæſiſſe ab eo dicitur, quare id faceret, aut quid Ariſtides commiſiſſet, cur tanta pœna dignus duceretur? Cui ille reſpondit, ſe ignorare Ariſtidem, ſed ſibi non placere, quod tam cupide elaboraſſet, ut præter cæteros *juſtus* appellaretur. Hic decem annorum legitimam pœnam non pertulit. Nam poſtquam Xerxes in Græciam deſcendit, ſexto fere anno poſt-

poſtquam erat expulſus, plebiſcito in patriam reſtitutus eſt.

Interfuit autem pugnæ navali apud Salamina, quæ facta eſt prius quam pœna liberaretur. Idem prætor fuit Athenienſium apud Platæas, in prælio quo Mardonius fuſus, barbarorumque exercitus eſt interfectus. Neque aliud eſt ullum hujus in re militari illuſtre factum, quam hujus imperii memoria: Juſtitiæ vero, & æquitatis, & innocentiæ multa. Imprimis, quod ejus æquitate factum eſt, cum in communi claſſe eſſet Græciæ ſimul cum Pauſania, quo duce Mardonius erat fugatus, ut ſumma imperii maritimi ab Lacedæmoniis transferretur ad Athenienſes: namque ante id tempus & mari & terra duces erant Lacedæmonii. Tum autem & intemperantia Pauſaniæ, & juſtitia factum eſt Ariſtidis, ut omnes fere civitates Græciæ ad Athenienſium ſocietatem ſe applicarent; & adverſus barbaros, hos duces deligerent ſibi, quo facilius repellerent, ſi forte bellum renovare conarentur.

Ad claſſes ædificandas, exercituſque comparandos, quantum pecuniæ quæque civitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Ejus arbitrio quadringenta & ſexaginta talenta quotannis Delum ſunt collata. Id enim commune ærarium eſſe voluerunt. Quæ omnis pecunia poſtero tempore Athenas tranſlata eſt. Hic qua fuerit abſtinentia, nullum eſt certius indicium, quam quod, cum tantis rebus præfuiſſet, in tanta paupertate deceſſit, ut, qua efferretur, vix reliquerit. Quo factum eſt, ut filiæ ejus publice alerentur, & de communi ærario dotibus datis collocarentur. Deceſſit autem fere poſt annum quartum, quam Themiſtocles Athenis erat expulſus.

IV.

PAUSANIAS.

PAUSANIAS Lacedæmonius, magnus homo, ſed varius in omni genere vitæ fuit. Nam ut virtutibus eluxit, ſic vitiis eſt obrutus. Cujus illuſtriſſimum eſt prælium apud Platæas. Namque illo duce Mardonius Satrapes regius, natione Medus, regis gener, in primis omnium Perſarum & manu fortis, & conſilii plenus, cum ducentis millibus peditum, quos viritim legerat, & viginti millibus equitum, haud ita magna manu Græcia fugatus eſt; eoque ipſe dux cecidit prælio. Qua victoria elatus plurima miſcere cœpit, & majora concupiſcere. Sed primum in eo eſt reprehenſus, quod ex præda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate ſcripto, in quo erat hæc ſententia: *Suo ductu Barbaros apud Platæas eſſe deletos, ejuſque victoriæ ergo Apollini donum dediſſe.* Hos verſus Lacedæmonii exſcalpſerunt, neque aliud ſcripſerunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Perſæ erant victi.

Poſt

Poſt id prælium, eundem Pauſaniam cum claſſe communi Cyprum, atque Helleſpontum miſerunt, ut ex his regionibus barbarorum præſidia depelleret. Pari felicitate in ea re uſus, elatius ſe gerere cœpit, majoreſque appetere res. Nam cum Byzantio expugnato cepiſſet complures Perſarum nobiles, atque in his nonnullos Regis propinquos; hos clam Xerxi remiſit, ſimulans ex vinculis publicis effugiſſe; & cum his Gongylum Eretrienſem, qui literas Regi redderet, in quibus hæc fuiſſe ſcripta Thucydides memoriæ prodidit: *Pauſanias Dux Spartæ, quos Byzantii ceperat, poſtquam propinquos tuos cognovit, tibi muneri miſit; ſeque tecum affinitate conjungi cupit: quare, ſi tibi videtur, des ei filiam tuam nuptum. Id ſi feceris, & Spartam, & cæteram Græciam ſub tuam poteſtatem te adjuvante, ſe redacturum pollicetur. His de rebus ſi quid geri volueris, certum hominem ad eum mittas face, cum quo colloquatur.* Rex tot hominum ſalute, tam ſibi neceſſariorum, magnopere gaviſus, confeſtim cum Epiſtola Artabazum ad Pauſaniam mittit. In qua eum collaudat, ac petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quæ pollicetur. Si fecerit, nullius rei à ſe repulſam laturum. Hujus Pauſanias voluntate cognita, alacrior ad rem gerendam factus, in ſuſpicionem cecidit Lacedæmoniorum. In quo facto domum revocatus, accuſatus capitis, abſolvitur; multatur tamen pecunia: quam ob cauſam ad claſſem remiſſus non eſt.

At ille poſt non multo, ſua ſponte ad exercitum rediit, & ibi non callida, ſed dementi ratione, cogitata patefecit. Non enim mores patrios ſolum, ſed etiam cultum, veſtitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veſte Medica: ſatellites Medi & Ægyptii ſequebantur: epulabatur more Perſarum luxuriоſius, quam, qui aderant, perpeti poſſent: aditum petentibus conveniendi non dabat: ſuperbe reſpondebat, & crudeliter imperabat: Spartam redire nolebat: Colonas, qui locus in agro Troade eſt, ſe contulerat: ibi conſilia

cum patriæ, tum ſibi inimica capiebat. Id poſtquam Lacedæmonii reſciverunt, legatos ad eum cum *ſcytala* miſerunt; in qua more illorum erat ſcriptum, niſi domum reverteretur, ſe capitis eum damnaturos. Hoc nuntio motus ſperans ſe etiam pecunia & potentia inſtans periculum poſſe depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab Ephoris in vincula publica conjectus eſt. Licet enim legibus eorum, cuivis Ephoro hoc facere regi. Hinc tamen ſe expedivit; neque eo magis carebat ſuſpicione: nam opinio manebat, eum cum Rege habere ſocietatem. Eſt genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedæmoniorum colit, ſervorumque munere fungitur. Hos quoque ſollicitare ſpe libertatis exiſtimabatur: ſed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui poſſet, non putabant de tali tamque claro viro ſuſpicionibus oportere judicari; ſed expectandum, dum ſe ipſa res aperiret.

Interim Argilius quidam, adoleſcentulus, quem puerum Pauſanias amore Venereo dilexerat, cum Epiſtolam ab eo ad Artabazum accepiſſet, eique in ſuſpicionem veniſſet, aliquid in ea de ſe eſſe ſcriptum, quod nemo eorum rediſſet, qui ſuper tali cauſa eodem miſſi erant; vincula Epiſtolæ laxavit, ſignoque detracto cognovit, ſi pertuliſſet, ſibi eſſe pereundum. Erant in eadem Epiſtola, quæ ad ea pertinebant, quæ inter Regem, Pauſaniamque convenerant. Has ille literas Ephoris tradidit. Non eſt prætereunda gravitas Lacedæmoniorum hoc loco. Nam ne hujus quidem indicio impulſi ſunt, ut Pauſaniam comprehenderent; neque prius vim adhibendam putaverunt, quam ſe ipſe indicaſſet. Itaque huic indici, quid fieri vellent, præceperunt. Fanum Neptuni eſt Tænari, quod violari nefas putant Græci. Eo ille index confugit: in ara conſedit. Hanc juxta, locum fecerunt ſub terra, ex quo poſſet audiri, ſi quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam deſcenderunt. Pauſanias, ut audivit Argilium con-

confugiſſe in aram, perturbatus eo venit; quem cum ſupplicem Dei videret in ara ſedentem, quærit cauſſæ quid ſit tam repentini conſilii: huic ille, quid ex literis comperiſſet, aperit. Tanto magis Pauſanias perturbatus orare cœpit, ne enuntiaret, nec ſe meritum de illo optime, proderet. Quod ſi eam veniam ſibi dediſſet, tantiſque implicitum rebus ſublevaſſet, magno ei præmio futurum.

His rebus Ephori cognitis, ſatius putaverunt in urbe eum comprehendi. Quo cum eſſent profecti, & Pauſanias placato Argilio, ut putabat, Lacedæmonem reverteretur; in itinere, cum jam in eo eſſet, ut comprehenderetur, è vultu cujuſdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, inſidias ſibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus quam qui ſequebantur, in ædem Minervæ, quæ Chalcicœcus vocatur, confugit. Hinc ne exire poſſet ſtatim, Ephori valvas ejus ædis obſtruxerunt, tectumque ſunt demoliti, quo facilius ſub dio interiret. Dicitur eo tempore matrem Pauſaniæ vixiſſe; eamque, jam magno natu, poſtquam de ſcelere filii comperit, in primis ad filium claudendum, lapidem ad introitum ædis attuliſſe. Sic Pauſanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum ſemianimis de templo elatus eſſet, confeſtim animam efflavit. Cujus mortui corpus cum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo hi, qui ad ſupplicium eſſent dati; diſplicuit pluribus; & procul ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde poſterius Dei Delphici reſponſo erutus, atque eodem loco ſepultus, ubi vitam finierat.

V. CI-

V.

CIMON.

CIMON Miltiadis filius, Athenienſis, duro admodum initio uſus eſt adoleſcentiæ. Nam cum pater ejus litem æſtimatam populo ſolvere non potuiſſet, ob eamque cauſam in vinculis publicis deceſſiſſet; Cimon eadem cuſtodia tenebatur, neque legibus Athenienſium emitti poterat, niſi pecuniam, qua pater multatus eſſet, ſolviſſet. Habebat autem in matrimonio ſororem ſuam germanam, nomine Elpinicen, non magis amore, quam patrio more, ductus. Nam Athenienſibus licet, eodem patre natas, uxores ducere. Hujus conjugii cupidus Callias quidam, non tam generoſus, quam pecunioſus, qui magnas pecunias ex metallis fecerat, egit cum Cimone, ut eam ſibi uxorem daret: id ſi impetraſſet, ſe pro illo pecuniam ſoluturum. Is cum talem conditionem aſpernaretur, Elpinice negavit ſe paſſuram Miltiadis progeniem in vinculis publicis interire; quoniamque prohibere poſſet, ſe Calliæ nupturam, ſi ea, quæ polliceretur, præſtitiſſet.

Tali

Tali modo cuſtodia liberatus Cimon, celeriter ad principatum pervenit. Habebat enim ſatis eloquentiæ, ſummam liberalitatem, magnam prudentiam cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre à puero in exercitu fuerat verſatus. Itaque hic & populum urbanum in ſua tenuit poteſtate, & apud exercitum plurimum valuit autoritate. Primum imperator apud flumen Strymona magnas copias Thracum fugavit: oppidum Amphipolim conſtituit, eoque decem millia Athenienſium in coloniam miſit. Idem iterum apud Mycalem Cypriorum & Phœnicum ducentarum navium claſſem devictam cepit; eodemque die pari fortuna in terra uſus eſt. Namque hoſtium navibus captis, ſtatim ex claſſe copias ſuas eduxit, barbarorumque uno concurſu maximam vim proſtravit. Qua victoria, magna præda potitus, cum domum reverteretur, quod jam nonnullæ inſulæ propter acerbitatem imperii defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit: Scyrum, quam eo tempore Dolopes incolebant, quod contumacius ſe geſſerat, vacuefecit; ſeſſores veteres urbe inſulaque ejecit, agros civibus diviſit: Thaſios opulentia fretos ſuo adventu fregit. His ex manubiis arx Athenarum, qua ad meridiem vergit, eſt ornata.

Quibus rebus cum unus in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam, quam pater ſuus, cæterique Athenienſium principes. Nam teſtarum ſuffragiis, quod illi *oſtraciſmum* vocant, decem annorum exilio multatus eſt. Cujus facti celerius Athenienſes quam ipſum pœnituit. Nam cum ille forti animo invidiæ ingratorum civium ceſſiſſet, bellumque Lacedæmonii Athenienſibus indixiſſent; confeſtim notæ ejus virtutis deſiderium conſecutum eſt. Itaque poſt annum quintum quo expulſus erat, in patriam revocatus eſt. Ille quod hoſpitio Lacedæmoniorum utebatur, * ſatius exiſtimans contendere Lacedæmonem' ſua ſponte eſt profectus, pacemque inter duas potentiſſimas civitates conciliavit. Poſt neque ita multo in Cyprum cum ducentis navibus

Impera-

Imperator missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio est mortuus.

Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus vellet, frueretur. Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Sæpe, cum aliquem offensum fortuna videret minus bene vestitum, sumum amiculum dedit. Quotidie sic cœna ei coquebatur, ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes vocaret: quod facere nullum diem prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit. Multos locupletavit: complures pauperes mortuos, qui unde efferrentur non reliquissent, suo sumtu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum, si & vita ejus fuit secura, & mors acerba.

VI. LYSAN-

VI.

LYSANDER.

LYSANDER Lacedæmonius magnam reliquit ſui famam, magis felicitate, quam virtute partam. Athenienſes enim in Peloponneſios ſexto & viceſimo anno bellum gerentes confeciſſe, apparet. Id qua ratione conſecutus ſit, latet. Non enim virtute ſui exercitus, ſed immodeſtia factum eſt adverſariorum; qui, quod dicto audientes Imperatoribus ſuis non erant, diſpalati in agris, relictis navibus, in hoſtium venerunt poteſtatem: quo facto Athenienſes ſe Lacedæmoniis dediderunt. Hac victoria Lyſander elatus, cum antea ſemper factioſus audaxque fuiſſet, ſic ſibi indulſit, ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. Nam cum hanc cauſam Lacedæmonii dictitaſſent ſibi eſſe belli, ut Athenienſium impotentem dominationem refringerent, poſtquam apud Ægos flumen Lyſander claſſis hoſtium eſt potitus, nihil aliud molitus eſt, quam ut omnes civitates in ſua teneret poteſtate,

cum id ſe Lacedæmoniorum cauſa facere ſimularet. Namque undique qui Athenienſium rebus ſtuduiſſent, ejectis, decem delegerat in unaquaque civitate, quibus ſummum imperium, poteſtatemque omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, niſi aut qui ejus hoſpitio contineretur, aut ſe illius fore proprium fide confirmaret.

Ita decemvirali poteſtate in omnibus urbibus conſtituta, ipſius nutu omnia gerebantur. Cujus de crudelitate ac perfidia, ſatis eſt unam rem, exempli gratia, proferre, ne de eodem plura enumerando fatigemus lectores. Victor ex Aſia cum reverteretur, Thaſumque divertiſſet, quod ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienſes, proinde ac ſi iidem firmiſſimi ſolerent eſſe amici, qui conſtantes fuiſſent inimici, eam pervertere concupivit. Vidit autem, niſi in eo occultaſſet voluntatem, futurum, ut Thaſii dilaberentur, conſulerentque rebus ſuis.

Deſideratur hic exemplum Lyſandri crudelitatis & perfidiæ in Thaſiu. Vid. de ea re Diod. Sic. lib. 12. *& Polyæn. lib.* 1. *Stratagem.*

Itaque decemviralem ſuam poteſtatem, ſui ab illo conſtitutam ſuſtulerunt. Quo dolore incenſus, iniit conſilia, Reges Lacedæmoniorum tollere. Sed ſentiebat, id ſe ſine ope Deorum facere non poſſe, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre conſueverant. Primum itaque Delphos corrumpere eſt conatus. Cum id non potuiſſet, Dodonam adortus eſt. Hinc quoque repulſus dixit ſe vota ſuſcepiſſe, quæ Jovi Ammoni ſolveret, exiſtimans ſe Afros facilius corrupturum. Hac ſpe cum profectus eſſet in Africam, multum eum Antiſtites Jovis fefellerunt. Nam non ſolum corrumpi non potuerunt, ſed etiam legatos Lacedæmona miſerunt, qui Lyſandrum accuſarent, quod ſacerdotes fani corrumpere conatus eſſet. Accuſatus hoc crimine, judicumque abſolutus ſententiis, Orchomeniis miſſus ſubſidio, occiſus eſt à Thebanis apud Haliartum. Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit, quæ poſt mortem in domu ejus

ejus reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis, ut regia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut Deorum videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

Atque hoc loco non est prætereundum factum Pharnabazi satrapis regii. Nam cum Lysander præfectus classis in bello multa crudeliter avareque feciſſet, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum, petiit à Pharnabazo, ut ad Ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset, socioque tractasset, deque ea re accurate scriberet: magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram. Huic ille liberaliter pollicetur, librum gravem multis verbis conscripsit, in quo summis eum effert laudibus. Quem cum legisset, probasset, dum obsignatur, alterum pari magnitudine, ut discerni non posset, signatum subjecit; in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat. Hinc Lysander domum cum rediisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum, quæ voluerat, dixerat, testimonii loco librum à Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum Ephori cognosserent, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ipse suus fuit accusator.

VII.

ALCIBIADES.

ALCIBIADES Cliniæ filius, Athenienſis. In hoc natura, quid efficere poſſit, videtur experta. Conſtat enim inter omnes, qui de eo memoriæ prodiderunt, nihil illo fuiſſe excellentius, vel in vitiis, vel in virtutibus. Natus in ampliſſima civitate, ſummo genere, omnium ætatis ſuæ multo formoſiſſimus, ad omnes res aptus, conſilique plenus. Namque Imperator fuit ſummus mari & terra; diſertus, ut in primis dicendo valeret; & tanta erat commendatio oris, atque orationis, ut nemo ei dicendo poſſet reſiſtere. Idem, cum tempus poſceret, laborioſus, patiens, liberalis, ſplendidus, non minus in vita, quam victu; affabilis, blandus, temporibus callidiſſime inſerviens. Idem, ſimul ac ſe remiſerat, nec cauſa ſuberat, quare animi laborem perferret, luxurioſus, diſſolutus, libidinoſus, intemperans reperiebatur; ut omnes admirarentur, in uno homine tantam diſſimilitudinem, tamque diverſam naturam.

Educatus eſt in domo Periclis, (privignus enim ejus fuiſſe

fuiſſe dicitur) eruditus à Socrate. Socerum habuit Hipponicum, * omnium Græcorum ditiſſimum *, ut, ſi ipſe fingere vellet, neque plura bona reminiſci, neque majora poſſet conſequi, quam vel fortuna vel natura tribuerat. Ineunte adoleſcentia amatus eſt à multis, more Græcorum: in eis à Socrate, de quo mentionem facit Plato in Sympoſio: namque eum induxit commemorantem ſe pernoctaſſe cum Socrate, neque aliter ab eo ſurrexiſſe, ac filius à parente debuerit. Poſteaquam robuſtior eſt factus, non minus multos amavit: in quorum amore, quoad licitum eſt, odioſa multa delicate jocoſeque fecit: quæ referremus niſi majora potioraque haberemus.

Bello Peloponneſiaco hujus conſilio atque auctoritate Athenienſes bellum Syracuſanis indixerunt: ad quod gerendum ipſe dux delectus eſt. Duo præterea collegæ dati, Nicias & Lamachus. Id cum appararetur, priuſquam claſſis exiret, accidit, ut una nocte omnes Hermæ, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur, præter unum, qui ante januam Andocidis erat, Andocidiſque Hermes vocatus eſt. Hoc cum appareret, non ſine magna multorum conſenſione eſſe factum, quod non ad privatam, ſed ad publicam rem pertineret, magnus multitudini timor eſt injectus, ne qua repentina vis in civitate exiſteret, quæ libertatem opprimeret populi. Hoc maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod & potentior & major, quam privatus, exiſtimabatur. Multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forenſi ſuos reddiderat. Quare fiebat, ut omnium oculos, quotieſcunque in publicum prodiſſet, ad ſe converteret, neque ei par quiſquam in civitate poneretur. Itaque non ſolum ſpem in eo habebant maximam, ſed etiam timorem, quod & obeſſe plurimum & prodeſſe poterat. Aſpergebatur etiam infamia, quod in domo ſua facere myſteria dicebatur, quod nefas erat more Athenienſium; idque non ad religionem, ſed ad conjurationem pertinere exiſtimabatur.

Hoc

Hoc crimine in contentionem ab inimicis compellabatur. Sed inſtabat tempus ad bellum proficiſcendi. Id ille intuens, neque ignorans civium ſuorum conſuetudinem, poſtulabat, ut, ſi quid de ſe agi vellent, potius de præſenti quæſtio haberetur, quam abſens invidiæ crimine accuſaretur. Inimici vero ejus quieſcendum in præſenti, quia nocere ſe ei non poſſe intelligebant, & illud tempus exſpectandum decreverunt, quo exiſſet, ut ſic abſentem aggrederentur: itaque fecerunt. Nam poſtquam in Siciliam eum perveniſſe crediderunt, abſentem, quod ſacra violaſſet, reum fecerunt. Qua de re cum ei nuntius à magiſtratu in Siciliam miſſus eſt, ut domum ad cauſſam dicendam rediret, eſſetque in magna ſpe provinciæ bene adminiſtrandæ, non parere noluit, & in triremem, quæ ad eum deportandum erat miſſa, aſcendit; ac Thurios in Italiam pervectus, multa ſecum reputans de immoderata civium ſuorum licentia, crudelitateque erga nobiles, utiliſſimum ratus impendentem evitare tempeſtatem, clam ſe à cuſtodibus ſubduxit, & inde primum Elidem, deinde Thebas venit. Poſtquam autem ſe capitis damnatum bonis publicatis audivit, & id quod uſu venerat, Eumolpidas ſacerdotes à populo coactos, ut ſe devoverent, ejuſque devotionis, quo teſtatior eſſet memoria, exemplum in pila lapidea inciſum, eſſe poſitum in publico, Lacedæmonem demigravit. Ibi, (ut ipſe prædicare conſueverat,) non adverſus Patriam, ſed inimicos ſuos bellum geſſit, quod iidem hoſtes eſſent civitati. Nam cum intelligerent ſe plurimum prodeſſe reipublicæ, ex ea ejeciſſe, pluſque iræ ſuæ, quam utilitati communi paruiſſe. Itaque hujus conſilio Lacedæmonii cum Perſarum rege amicitiam fecerunt: deinde Deceliam in Attica munierunt, præſidioque perpetuo ibi poſito in obſidione Athenas tenuerunt. Ejuſdem opera Ioniam à ſocietate averterunt Athenienſium. Quo facto, multo ſuperiores bello eſſe cœperunt.

Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi ſunt facti, quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri præ-

præſtantem prudentiam in omnibus rebus cognoſcerent, pertimuerunt, ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipſis deſciſceret, & cum ſuis in gratiam rediret. Itaque tempus ejus interficiendi quærere inſtituerunt. Id Alcibiadi diutius celari non potuit; erat enim ea ſagacitate, ut decipi non poſſet, præſertim cum animum attendiſſet ad cavendum. Itaque ad Tiſſaphernem præfectum Regis Darii ſe contulit. Cujus cum in intimam amicitiam perveniſſet, & Athenienſium, male geſtis in Sicilia rebus, opes ſeneſcere, contra Lacedæmoniorum creſcere videret; initio cum Piſandro prætore, qui apud Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, & de reditu ſuo facit mentionem. Erat enim eodem, quo Alcibiades, ſenſu, populi potentiæ non amicus, & optimatum fautor. Ab hoc deſtitutus, primum per Thraſybulum Lyci filium, ab exercitu recipitur, prætorque fit apud Samum: poſt ſuffragante Theramene plebiſcito reſtituitur, parique abſens imperio præficitur, ſimul cum Thraſybulo & Theramene. Horum imperio tanta commutatio rerum facta eſt, ut Lacedæmonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque præliis terreſtribus, tribus navalibus; in quibus ducentas naves triremes amiſerant, quæ captæ in hoſtium venerant poteſtatem. Alcibiades ſimul cum collegis receperat Ioniam, Helleſpontum, multas præterea urbes Græcas, quæ in ora ſitæ ſunt Aſiæ; quarum expugnaverant complures, in his Byzantium. Neque minus multos conſilio ad amicitiam adjunxerat, quod in captos clementia fuerant uſi.

Ita præda onuſti, locupletato exercitu, maximis rebus geſtis Athenas venerunt. His cum obviam univerſa civitas in Piræeum deſcendiſſet, tanta fuit omnium exſpectatio viſendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus confluerit, perinde ac ſi ſolus adveniſſet. Sic enim populo erat perſuaſum, & adverſas ſuperiores, & præſentes ſecundas res accidiſſe ejus opera. Itaque & Siciliæ amiſſum imperium & Lacedæmoniorum victorias culpæ

ſuæ

ſuæ tribuebant, quod talem virum è civitate expuliſſent. Neque id ſine cauſa arbitrari videbantur: nam poſtquam exercitui præeſſe cœperat, neque terra, neque mari hoſtes pares eſſe potuerant. Hic ut navi egreſſus eſt, quanquam Theramenes & Thraſybulus eiſdem rebus præfuerant, ſimulque venerant in Pyræeum, tamen illum unum omnes proſequebantur, (& id quod nunquam antea uſu venerat, niſi Olympiæ victoribus,) coronis aureis æneiſque vulgo donabatur. Ille lacrymans talem benevolentiam civium ſuorum accipiebat, reminiſcens priſtini temporis acerbitatem. Poſtquam Aſtu venit, concione advocata ſic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit, quin ejus caſum lacrymarit, inimicumque his ſe oſtenderit, quorum opera patria pulſus fuerat; perinde ac ſi alius populus, non ille ipſe, qui tum flebat, eum ſacrilegii damnaſſet. Reſtituta ergo huic ſunt publice bona; iidemque illi Eumolpidæ ſacerdotes rurſus reſecrare ſunt coacti, qui eum devoverant; pilæque illæ, in quibus devotio fuerat ſcripta, in mare præcipitatæ.

Hæc Alcibiadi lætitia minus fuit diuturna. Nam cum ei eſſent omnes honores decreti, totaque reſpublica domi bellique tradita, ut unius arbitrio gererentur; & ipſe poſtulaſſet, ut duo ſibi collegæ darentur Thraſybulus & Adimantus, neque id negatum eſſet: claſſe in Aſiam profectus, quod apud Cymen minus ex ſententia rem geſſerat, in invidiam recidit. Nihil enim eum non efficere poſſe ducebant. Ex quo fiebat, ut omnia minus proſpere geſta ejus culpæ tribuerent, cum eum aut negligenter, aut malitioſe feciſſe loquerentur: ſicut tum accidit: nam corruptum à Rege capere Cymen noluiſſe, arguebant. Itaque huic maxime putamus malo fuiſſe nimiam opinionem ingenii, atque virtutis. Timebatur enim non minus, quam diligebatur, ne ſecunda fortuna, magniſque opibus elatus, tyrannidem concupiſceret. Quibus rebus factum eſt, ut abſenti magiſtratum abrogarent, & alium in ejus locum ſubſtituerent. Id ille ut audivit,

audivit, domum reverti noluit, & ſe Perinthum contulit, ibique tria caſtella communivit, Bornos, Byziam, Macrontichos; manuque collecta primus Græciæ in Thraciam introiit, glorioſius exiſtimans barbarorum præda locupletari, quam Graiorum. Qua ex re creverat cum fama, tum opibus, magnamque amicitiam ſibi cum quibuſdam Regibus Thraciæ pepererat.

Neque tamen à caritate patriæ potuit recedere. Nam cum apud Ægos flumen Philocles prætor Athenienſium claſſem conſtituiſſet ſuam, neque longe abeſſet Lyſander prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus, ut bellum quam diutiſſime duceret, quod ipſis pecunia à Rege ſuppeditabatur; contra Athenienſibus exhauſtis, præter arma & naves, nihil erat ſuper; Alcibiades ad Athenienſium venit exercitum, ibique præſente vulgo agere cœpit, ſi vellent, ſe coacturum Lyſandrum aut dimicare, aut pacem petere: Lacedæmonios eo nolle confligere claſſe, quod pedeſtribus copiis plus quam navibus valerent: ſibi autem eſſe facile Seuthen Regem Thracum deducere, ut eos terra depelleret: quo facto neceſſario aut claſſe conflicturos, aut bellum compoſituros. Id etſi vere dictum Philocles animadvertebat, tamen poſtulata facere noluit, quod ſentiebat, ſe Alcibiade recepto, nullius momenti apud exercitum futurum; & ſi quid ſecundi eveniſſet, nullam in ea re ſuam partem fore: contra ea, ſi quid adverſi accidiſſet, ſe unum ejus delicti futurum reum. Ab hoc diſcedens Alcibiades, *quoniam*, inquit, *victoriæ patriæ repugnas, illud moneo, juxta hoſtes caſtra habeas nautica. Periculum eſt enim, ne immodeſtia militum noſtrorum occaſio detur Lyſandro noſtri opprimendi exercitus.* Neque ea res illum fefellit. Nam Lyſander, cum per ſpeculatores comperiſſet, vulgum Athenienſium in terram prædatum exiſſe, naveſque pene inanes relictas, tempus rei gerendæ non dimiſit, eoque impetu totum bellum delevit.

At Alcibiades victis Athenienſibus non ſatis tuta eadem loca ſibi arbitratus, penitus in Thraciam ſe ſupra

Propontidem abdidit, ſperans ibi facillime ſuam fortunam oculi poſſe; ſed falſo: nam Thraces poſtquam eum cum magna pecunia veniſſe ſenſerunt, inſidias ei fecerunt; qui ea quæ apportavit abſtulerunt, ipſum capere non potuerunt. Ille cernens, nullum locum ſibi tutum in Græcia, propter potentiam Lacedæmoniorum, ad Pharnabazum in Aſiam tranſiit. Quem quidem adeo ſua cepit humanitate, ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grunium dederat in Phrygia caſtrum, ex quo quinquaginta talenta vectigalis capiebat. Qua fortuna Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis ſervire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. Sed videbat id ſine rege Perſarum non poſſe fieri: ideoque eum amicum ſibi cupiebat adjungi. Neque dubitabat facile ſe conſecuturum, ſi modo ejus conveniendi habuiſſet poteſtatem. Nam Cyrum fratrem ei bellum clam parare Lacedæmoniis adjuvantibus ſciebat: id ſi ei aperuiſſet, magnam ſe ab eo initurum gratiam videbat.

Hæc cum moliretur, peteretque à Pharnabazo ut ad Regem mitteretur, eodem tempore Critias cæterique tyranni Athenienſium certos homines ad Lyſandrum in Aſiam miſerunt, qui eum certiorem facerent, niſi Alcibiadem ſuſtuliſſet, nihil earum rerum fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet. Quare ſi ſuas res geſtas manere vellet, illum perſequeretur. His Laco rebus commotus ſtatuit, accuratius ſibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renunciat, quæ Regi cum Lacedæmoniis eſſent, irrita futura, niſi Alcibiadem vivum, aut mortuum tradidiſſet. Non tulit hoc Satrapes, & violare clementiam, quam regis opes minui, maluit. Itaque miſit Syſamithren & Bagoam ad Alcibiadem interficiendum, cum ille eſſet in Phrygia, iterque ad regem pararet. Miſſi, clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi cum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa * caſam eam, in qua quieſcebat, eamque ſuccenderunt; ut incendio

cendio conficerent, quem manu ſuperari poſſe diffidebant. Ille autem ſonitu flammæ excitatus, quod gladius ei erat ſubductus, familiaris ſui ſubalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hoſpes, qui nunquam diſcedere voluerat. Hunc ſequi ſe jubet, & id quod in præſentia veſtimentorum fuit, arripuit. His in ignem ejectis flammæ vim tranſit. Quem, ut Barbari incendium effugiſſe viderunt, telis eminus miſſis interfecerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier quæ cum eo vivere conſueverat, muliebri ſua veſte contectum ædificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus, diem obiit ſupremum.

Hunc infamatum à pleriſque tres graviſſimi hiſtorici ſummis laudibus extulerunt: Thucydides, qui ejuſdem ætatis fuit: Theopompus, qui fuit poſt aliquanto natus; & Timæus: qui quidem duo maledicentiſſimi, neſcio quo modo, in illo uno laudando conſenſerunt. Nam ea quæ ſupra diximus, de eo prædicarunt, atque hoc amplius, cum Athenis ſplendidiſſima civitate natus eſſet, omnes Athenienſes ſplendore ac dignitate vitæ ſuperaſſe: poſtquam inde expulſus Thebas venerit, adeo ſtudiis eorum inſerviſſe, ut nemo eum labore corporiſque viribus poſſet æquiparare. Omnes enim Bœotii magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inſerviunt. Eundem apud Lacedæmonios, quorum moribus ſumma virtus in patientia ponebatur, ſic duritiæ ſe dediſſe, ut, parſimonia victus atque cultus, omnes Lacedæmonios vinceret: fuiſſe apud Thracas, homines vinolentos, rebuſque Venereis deditos; hos quoque in his rebus antecelliſſe: veniſſe ad Perſas, apud quos ſumma laus eſſet fortiter venari, luxurioſe vivere; horum ſic imitatum conſuetudinem, ut illi ipſi eum in his maxime admirarentur. Quibus rebus effeciſſe, ut apud quoſcunque eſſet, princeps poneretur, haberetur que cariſſimus. Sed ſatis de hoc: reliquos ordiamur.

VIII.

THRASYBULUS.

THRASYBULUS Lyci filius, Athenienſis. Si per ſe virtus ſine fortuna ponderanda ſit, dubito an hunc primum omnium ponam. Illi ſine dubio neminem præfero fide, conſtantia, magnitudine animi, in patriam amore. Nam quod multi voluerunt, paucique potuerunt, ab uno tyranno patriam liberare; huic contigit, ut à triginta oppreſſam tyrannis è ſervitute in libertatem vindicaret. Sed neſcio quo modo, cum eum nemo anteiret his virtutibus, multi nobilitate præcurrerunt. Primum Peloponneſio bello multa hic ſine Alcibiade geſſit; ille nullam rem ſine hoc: quæ ille univerſa naturali quodam bono fecit lucri. Sed illa tamen omnia communia Imperatoribus cum militibus & fortuna, quod in prælii concurſu abit res à conſilio ad vires, vimque pugnantium. Itaque jure ſuo nonnulla ab Imperatore miles, plurima vero fortuna vindicat, ſeque hîc plus valuiſſe, quam ducis prudentiam, vere poteſt prædicare. Quare illud magnificentiſſimum factum

proprium

proprium eſt Thraſybuli. Nam cum triginta tyranni, præpoſiti à Lacedæmoniis, ſervitute oppreſſas tenerent Athenas, plurimos cives, quibus in bello pepercerat fortuna, partim patria expuliſſent, partim interfeciſſent, plurimorum bona publicata inter ſe diviſiſſent; non ſolum princeps, ſed & ſolus initio bellum his indixit.

Hic enim cum Phylen confugiſſet, (quod eſt caſtellum in Attica munitiſſimum,) non plus habuit ſecum, quam triginta de ſuis. Hoc initium fuit ſalutis Atticorum, hoc robur libertatis clariſſimæ civitatis. * Neque vero hic modo contemtus eſt primo à tyrannis, ſed & ejus ſolitudo, quæ quidem res & illis contemnentibus, perniciei, & huic deſpecto, ſaluti fuit. Hæc enim illos ad perſequendum ſegnes, hos autem, tempore ad comparandum dato, fecit robuſtiores. Quo magis præceptum illud omnium in animis eſſe debet, *Nihil in bello oportere contemni*: nec ſine cauſa dici, *Matrem timidi flere non ſolere*. Neque tamen pro opinione Thraſybuli auctæ ſunt opes. Nam jam tum illis temporibus fortius boni pro libertate loquebantur, quam pugnabant. Hinc in Piræeum tranſiit, Munychiamque munivit. Hanc bis tyranni oppugnare ſunt adorti, ab eaque turpiter repulſi, protinus in urbem armis impedimentiſque amiſſis refugerunt. Uſus eſt Thraſybulus non minus prudentia, quam fortitudine. Nam cedentes violare vetuit: *cives* enim *civibus parcere æquum* cenſebat; neque quiſquam eſt vulneratus, niſi qui prior impugnare voluit. Neminem jacentem veſte ſpoliavit: nil attigit, niſi arma quorum indigebat, & quæ ad victum pertinebant. In ſecundo prælio cecidit Critias, dux tyrannorum, cum quidem adverſus Thraſybulum fortiſſime pugnaret.

Hoc dejecto, Pauſanias venit Atticis auxilio, rex Lacedæmoniorum. Is inter Thraſybulum, & eos, qui urbem tenebant, fecit pacem, his conditionibus; *ne qui præter triginta tyrannos, & decem qui poſtea prætores creati, ſuperioris more crudelitatis erant uſi, afficerentur exilio*; *neve cujuſquam bona publicarentur*; *reipublicæ*

pro-

procuratio populo redderetur. Præclarum hoc quoque Thraſybuli, quod reconciliata pace, cum plurimum in civitate poſſet, legem tulit; *ne quis anteactarum rerum accuſaretur, neve multaretur*; eamque illi *legem oblivionis* appellarunt. Neque vero hanc tantum ferendam curavit, ſed etiam, ut valeret, effecit. Nam cum quidam ex his qui ſimul cum eo in exilio fuerant, cædem facere eorum vellet, cum quibus in gratiam reditum erat; publice prohibuit, & id quod pollicitus erat, præſtitit.

Huic pro tantis meritis, honoris corona à populo data eſt, facta è duabus virgulis oleaginis; quæ, quod amor civium non vis expreſſerat, nullam habuit invidiam, magnæque fuit gloriæ. Bene ergo Pittacus ille, qui ſeptem ſapientum numero eſt habitus, cum ei Mitylenæi multa millia jugerum agri muneri darent, *Nolite* (*rogo vos*) inquit, *mihi dare, quod multi invideant, plures etiam concupiſcant. Quare ex iſtis nolo amplius, quam centum jugera, quæ & meam animi æquitatem & veſtram voluntatem indicent. Nam parva munera, diutina: locupletia, non propria eſſe conſueverunt.* Illa igitur corona contentus Thraſybulus, neque amplius requiſivit, neque quenquam honore ſe anteceſſiſſe exiſtimavit. Hic ſequenti tempore, cum prætor claſſem ad Ciliciam appuliſſet, neque ſatis diligenter in caſtris ejus agerentur vigiliæ, à barbaris, ex oppido noctu eruptione facta, in tabernaculo interfectus eſt.

IX. Co-



IX.

CONON.

CONON Athenienſis Peloponneſio bello acceſſit ad rempublicam, in eoque ejus opera magni fuit. Nam & prætor pedeſtribus exercitibus præfuit, & præfectus claſſis res magnas mari geſſit. Quas ob cauſas præcipuus ei honos habitus eſt. Namque omnibus unus inſulis præfuit. In qua poteſtate Pharas cepit, coloniam Lacedæmoniorum. Fuit etiam extremo Peloponneſio bello prætor, cum apud Ægos flumen copiæ Athenienſium à Lyſandro ſunt devictæ. Sed tum abfuit, eoque pejus res adminiſtrata eſt. Nam & prudens rei militaris, & diligens erat imperii. Itaque nemini erat his temporibus dubium, ſi adfuiſſet, illam Athenienſes calamitatem accepturos non fuiſſe.

Rebus autem afflictis cum patriam obſideri audiſſet, non quæſivit, ubi ipſe tuto viveret, ſed unde præſidio poſſet eſſe civibus ſuis. Itaque contulit ſe ad Pharnabazum Satrapen Ioniæ & Lydiæ, eundemque generum regis & propinquum; apud quem ut multum gratia valeret,

leret, multo labore multiſque effecit periculis. Nam cum Lacedæmonii Athenienſibus devictis in ſocietate non manerent, quam cum Artaxerxe fecerant; Ageſilaumque bellatum miſiſſent in Aſiam, maxime impulſi à Tiſſaphernе, qui ex intimis regis ab amicitia ejus defecerat, & cum Lacedæmoniis coierat ſocietatem: hunc adverſus Pharnabazus habitus eſt imperator: re quidem vera exercitui præfuit Conon, ejuſque omnia arbitrio geſta ſunt. Hic militum ducem ſummum Ageſilaum impedivit, ſæpeque ejus conſiliis obſtitit. Neque vero non fuit apertum, ſi ille non fuiſſet, Ageſilaum Aſiam Tauro tenus regi fuiſſe erepturum. Qui poſteaquam domum à ſuis civibus revocatus eſt, quod Bœotii & Athenienſes Lacedæmoniis bellum indixerant; Conon nihil ſecius apud præfectos regis verſabatur, hiſque omnibus maximo erat uſui.

Defecerat à rege Tiſſaphernes, neque id tam Artaxerxi, quam cæteris erat apertum. Multis enim magniſque meritis apud regem, etiam cum in officio non maneret, valebat. Neque id mirandum, ſi non facile ad credendum inducebatur, reminiſcens ejus ſe opera Cyrum fratrem ſuperaſſe. Hujus accuſandi gratia Conon à Pharnabazo ad regem miſſus, poſteaquam venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, qui ſecundum gradum imperii tenebat, Tithrauſtem acceſſit, ſeque oſtendit cum rege colloqui velle. Nemo enim ſine hoc admittitur. Huic ille, *nulla* (inquit) *mora eſt: ſed tu delibera utrum colloqui malis, an per literas edere quæ cogitas. Neceſſe eſt enim, ſi in conſpectum veneris, venerari te regem*; (quod προσκυνεῖν illi vocant) *hoc ſi tibi grave eſt, per me nihilo ſecius editis mandatis conficies, quod ſtudes.* Tum Conon, *Enimvero*, inquit, *mihi non eſt grave quemvis honorem habere regi: ſed vereor, ne civitati meæ ſit opprobrio, ſi cum ex ea ſim profectus, quæ cæteris gentibus imperare conſueverit, potius barbarorum, quam illius more fungar.* Itaque quæ volebat, huic ſcripta tradidit.

Quibus

Quibus cognitis, rex tantum autoritate ejus motus eſt, ut Tiſſaphernem hoſtem judicarit, & Lacedæmonios bello perſequi juſſerit, & ei permiſerit, quem vellet eligere ad diſpenſandam pecuniam. Id arbitrium Conon negavit ſui eſſe conſilii, ſed ipſius qui optime ſuos noſſe deberet: ſed ſe ſuadere, Pharnabazo id negotii daret. Hinc magnis muneribus donatus ad mare eſt miſſus, ut Cypriis, & Phœnicibus, cæteriſque maritimis civitatibus naves longas imperaret, claſſemque, qua proxima æſtate mare tueri poſſet, compararet; dato adjutore Pharnabazo, ſicut ipſe voluerat. Id ut Lacedæmoniis eſt nuntiatum, non ſine cura rem adminiſtrarunt, quod majus bellum imminere arbitrabantur, quam ſi cum barbaro ſolum contenderent. Nam ducem fortem, & prudentem, regiis opibus præfuturum, ac ſecum dimicaturum videbant; quem neque conſilio, neque copiis ſuperare poſſent. Hac mente magnam contrahunt claſſem, proficiſcuntur Piſandro duce. Hos Conon apud Cnidum adortus, magno prælio fugat, multas naves capit, complures deprimit. Qua victoria non ſolum Athenæ, ſed etiam cuncta Græcia, quæ ſub Lacedæmoniorum fuerat imperio, liberata eſt. Conon cum parte navium in patriam venit; muros dirutos à Lyſandro utroſque, & Piræei, & Athenarum, reficiendos curat; pecuniæque quinquaginta talenta, quæ à Pharnabazo acceperat, civibus ſuis donat.

Accidit huic quod cæteris mortalibus, *ut inconſideratior in ſecunda, quam in adverſa eſſet fortuna.* Nam claſſe Peloponneſiorum devicta, cum ulturum ſe injurias patriæ putaret, plura concupivit, quam efficere potuit. *Neque tamen ea non pia & probanda fuerunt, quod potius patriæ opes augeri, quam regis, maluit.* Nam cum magnam auctoritatem ſibi pugna illa navali, quam apud Cnidum fecerat, conſtituiſſet, non ſolum inter barbaros, ſed etiam inter omnes Græciæ civitates, clam dare operam cœpit, ut Ioniam & Æoliam reſtitueret Athenienſibus. Id cum minus diligenter eſ-

set celatum, Tiribazus, qui Sardibus præerat, Cononem evocavit, simulans ad regem eum se mittere velle magna de re. Hujus nuntio parens cum veniſſet, in vincula conjectus est; in quibus aliquandiu fuit. Nonnulli eum ad regem abductum, ibique periisse scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit: illud addubitat, utrum Tiribazo sciente, an imprudente sit factum.

X. DION.



X.

DION.

DION Hipparini filius, Syracuſanus, nobili genere natus, utraque implicatus tyrannide Dionyſiorum. Namque ille ſuperior Ariſtomachen, ſororem Dionis, habuit in matrimonio; ex qua duos filios Hipparinum & Niſæum procreavit; totidemque filias, Sophroſynen & Areten: quarum priorem Dionyſio filio eidem cui regnum reliquit, nuptum dedit; alteram, Areten, Dioni. Dion autem præter nobilem propinquitatem, generoſamque majorum famam, multa alia à natura habuit bona: in his ingenium docile, come, aptum ad artes optimas; magnam corporis dignitatem, quæ non minimum commendat; magnas præterea divitias à patre relictas, quas ipſe tyranni muneribus auxerat. Erat intimus Dionyſio priori, neque minus propter mores, quam affinitatem. Namque etſi Dionyſii crudelitas ipſi diſplicebat, tamen ſalvum illum propter neceſſitudinem, magis etiam ſuorum cauſa eſſe ſtudebat. Aderat in magnis rebus; ejuſque conſilio mul-

tum movebatur tyrannus, niſi qua in re major ipſius cupiditas interceſſerat. Legationes vero omnes, quæ eſſent illuſtriores, per Dionem adminiſtrabantur; quas quidem ille diligenter obeundo, fideliter adminiſtrando, crudeliſſimum nomen *tyranni*, ſua humanitate leniebat. Hunc à Dionyſio miſſum Carthaginenſes ſuſpexerunt, ut neminem unquam Græca lingua loquentem magis ſint admirati.

Neque vero hæc Dionyſium fugiebant: nam quanto eſſet ſibi ornamento, ſentiebat. Quo fiebat, ut uni huic maxime indulgeret, neque eum ſecus diligeret, ac filium. Qui quidem, cum Platonem Tarentum veniſſe fama in Siciliam eſſet perlata, adoleſcenti negare non potuit, quin eum arceſſeret, cum Dion ejus audiendi cupiditate flagaret. Dedit ergo huic veniam, magnaque eum ambitione Syracuſas perduxit. Quem Dion adeo admiratus eſt, atque adamavit, ut ſe totum ei traderet. Neque vero minus Plato delectatus eſt Dione. Itaque cum à Dionyſio tyranno crudeliter violatus eſſet, quippe quem venundari juſſiſſet, tamen eodem rediit, ejuſdem Dionis precibus adductus. Interim in morbum incidit Dionyſius: quo cum graviter conflictaretur, quæſivit à medicis Dion quemadmodum ſe haberet; ſimulque ab his petiit, ſi forte majori eſſet periculo, ut ſibi faterentur: nam velle ſe cum eo colloqui de partiendo regno, quod ſororis ſuæ filios ex illo natos partem regni putabat debere habere. Id medici non tacuerunt, & ad Dionyſium filium ſermonem retulerunt. Quo ille commotus, ne agendi cum eo eſſet Dioni poteſtas, patri ſoporem medicos dare coegit. Hoc æger ſumto, ſomno ſopitus diem obiit ſupremum.

Tale initium fuit Dionis & Dionyſii ſimultatis; eaque multis rebus aucta eſt; ſed tamen primis temporibus aliquamdiu ſimulata inter eos amicitia manſit. Cumque Dion non deſineret obſecrare Dionyſium, ut Platonem Athenis arceſſeret, & ejus conſiliis uteretur; ille, qui in aliqua re vellet patrem imitari, morem ei geſſit, eodemque

demque tempore Philiſtum hiſtoricum Syracuſas reduxit, hominem amicum non magis tyranno, quam tyrannidi. Sed de hoc in meo libro plura ſunt expoſita, qui de hiſtoricis Græcis conſcriptus eſt. Plato autem tantum apud Dionyſium autoritate potuit, valuitque eloquentia, ut ei perſuaſerit, tyrannidis facere finem, libertatemque reddere Syracuſanis. A qua voluntate Philiſti conſilio deterritus, aliquanto crudelior eſſe cœpit.

Qui quidem cum à Dione ſe ſuperari videret ingenio, auctoritate, amore populi; verens, ne ſi eum ſecum haberet, aliquam occaſionem ſui daret opprimendi; navem ei triremem dedit, qua Corinthum deveheretur; oſtendens, ſe id utriuſque facere cauſa, ne, cum inter ſe timerent, alteruter alterum præoccuparet. Id cum factum multi indignarentur, magnæque eſſet invidiæ tyranno, Dionyſius omnia quæ moveri poterant Dionis, in naves impoſuit, ad eumque miſit. Sic enim exiſtimari volebat, id ſe non odio hominis, ſed ſuæ ſalutis feciſſe cauſa. Poſtea vero quam audivit eum in Peloponneſo manum comparare, ſibique bellum facere conari, Areten Dionis uxorem alii nuptum dedit, filiumque ejus ſic educari juſſit, ut indulgendo turpiſſimis imbueretur cupiditatibus. Nam puero, priuſquam pubes eſſet, ſcorta adducebantur, vino epuliſque obruebatur, neque ullum tempus ſobrio relinquebatur. Is uſque eo vitæ ſtatum commutatum ferre non potuit, poſtquam in patriam rediit pater, (namque appoſiti erant cuſtodes, qui eum à priſtino victu deducerent) ut ſe è ſuperiore parte ædium dejecerit, atque ita interierit.

Sed illuc revertor. Poſtquam Corinthum pervenit Dion, & eodem perfugit Heraclides, ab eodem expulſus Dionyſio, qui præfectus fuerat equitum; omni ratione bellum comparare cœperunt. Sed non multum proficiebant, quod multorum annorum tyrannis, magnarum opum putabatur; quam ob cauſſam pauci ad ſocietatem periculi perducebantur. Sed Dion fretus non tam ſuis copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis

rariis navibus, quinquaginta annorum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centum peditum millibus, profectus oppugnatum; quod omnibus gentibus admirabile est visum, adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam Siciliam attigerat, Syracusas introierit. Ex quo intelligi potest, *nullum esse imperium tutum, nisi benevolentia munitum.* Eo tempore aberat Dionysius, & in Italia classem opperiebatur, adversariorum ratus neminem sine magnis copiis ad se venturum: quæ res eum fefellit. Nam Dion his ipsis, qui sub adversarii fuerant potestate, regios spiritus repressit, totiusque ejus partis Siciliæ potitus est, quæ sub Dionysii potestate fuerat; parique modo urbis Syracusarum, præter arcem, & insulam adjunctam oppido; eoque rem perduxit, ut talibus pactionibus paucm tyrannus facere vellet: Siciliam Dion obtineret, Italiam Dionysius, Syracusas Apollocrates, cui maximam fidem uni habebat Dionysius.

Has tam prosperas, tamque inopinatas res consecuta est subita commutatio; quod *fortuna sua mobilitate, quem paulo ante extulerat, demergere est adorta.* Primum in filio, de quo commemoravi supra, sævitiam suam exercuit. Nam cum uxorem reduxisset, quæ alii fuerat tradita, filiumque vellet revocare ad virtutem à perdita luxuria, accepit gravissimum parens vulnus morte filii: deinde orta dissensione inter eum & Heraclidem; qui quidem Dioni principatum non concedens, factionem comparavit. Neque is minus valebat apud optimates; quorum consensu præerat classi, cum Dion exercitum pedestrem teneret. Non tulit hoc animo æquo Dion, & versum illum Homeri retulit ex secunda rhapsodia, in quo hæc sententia est, *Non posse bene geri rempubl. multorum imperiis.* Quod dictum magna invidia consecuta est. Namque aperuisse videbatur, se omnia in sua potestate esse velle. Hanc ille non lenire obsequio, sed acerbitate opprimere studuit; Heraclidemque cum Syracusas venisset, interficiendum curavit.

Quod

Quod factum omnibus maximum timorem injecit. Nemo enim illo interfecto ſe tutum putabat. Ille autem adverſario remoto licentius eorum bona, quos ſciebat adverſus ſe ſenſiſſe, militibus diſpertivit. Quibus diviſis eum quotidiani maximi fierent ſumtus, celeriter pecunia deeſſe cœpit; neque quo manus porrigeret, ſuppetebat, niſi in amicorum poſſeſſiones. Id ejuſmodi erat, ut, cum milites reconciliaſſet, amitteret optimates. Quarum rerum cura frangebatur, & inſuetus male audiendi, non æquo animo ferebat, de ſe ab iis male exiſtimari, quorum paulo ante in cœlum fuerat elatus laudibus. Vulgus autem offenſa in eum militum voluntate, liberius loquebatur, & tyrannum non ferendum dictitabat.

Hæc ille intuens, cum, quemadmodum ſedaret, neſciret, & quoſnam evaderent, timeret; Callicrates quidam, civis Athenienſis, qui ſimul cum eo ex Peloponneſo in Siciliam venerat, homo & callidus, & ad fraudem acutus, ſine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, & ait, eum in magno periculo eſſe, propter offenſionem populi & odium militum; quod nullo modo evitare poſſet, niſi alicui ſuorum negotium daret, qui ſe ſimularet illi inimicum; quem ſi inveniſſet idoneum, facile omnium animos cogniturum, adverſarioſque ſublaturum, quod inimici ejus diffidenti ſuos ſenſus aperturi forent. Tali conſilio probato excipit has partes ipſe Callicrates, & ſe armat imprudentia Dionis: ad eum interficiendum ſocios conquirit, adverſarios ejus convenit, conjurationem confirmat. Res multis conſciis, quæ gereretur, elata refertur ad Ariſtomachen ſororem Dionis, uxoremq; Areten. Illæ timore perterritæ conveniunt, cujus de periculo timebant. At ille negat, à Callicrate fieri ſibi inſidias, ſed illa quæ agerentur, fieri præcepto ſuo. Mulieres nihilo ſecius Callicratem in ædem Proſerpinæ deducunt, ac jurare cogunt, nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione non modo ab incepto non deterritus, ſed ad maturandum concitatus eſt; verens ne prius conſilium ſuum aperiretur, quam conata perfeciſſet.

Hac

Hac mente proximo die feſto, cum à conventu remotum ſe Dion domi teneret, atque in conclavi edito recubuiſſet, conſciis facinoris loca munitiora oppidi tradidit, domum cuſtodibus ſepſit, à foribus qui non diſcederent, certos præfecit; navem triremem armatis ornat, Philocrati fratri ſuo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut ſi exercere remiges vellet; cogitans, ſi forte conſiliis obſtitiſſet fortuna, ut haberet, quo fugeret, ad ſalutem. Suorum autem è numero Zacynthios adoleſcentes quoſdam elegit, cum audaciſſimos, tum viribus maximis; hiſque dat negotium, ut ad Dionem eant inermes, ſic ut conveniendi ejus gratia viderentur venire. Hi propter notitiam ſunt intromiſſi. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obſeratis, in lecto cubantem invadunt, colligant: fit ſtrepitus, adeo ut exaudiri poſſet foris. Hic, ſicut ante ſæpe dictum eſt, quam *inviſa ſit ſingularis potentia, & miſeranda vita, qui ſe metui, quam amari malunt*, cuivis facile intellectu fuit. Namque illi ipſi cuſtodes, ſi propitia fuiſſent voluntate, foribus effractis ſervare eum potuiſſent, quod illi inermes telum foris flagitantes vivum tenebant. Cui cum ſuccurreret nemo, Lyco quidam Syracuſanus per feneſtras gladium dedit, quo Dion interfectus eſt.

Confecta cæde cum multitudo viſendi gratia introiiſſet, nonnulli ab inſciis pro noxiis conciduntur. Nam celeri rumore dilato, Dioni vim allatam, multi concurrerant, quibus tale facinus diſplicebat. Hi falſa ſuſpicione ducti, immerentes, ut ſceleratos occidunt. Hujus de morte, ut palam factum eſt, mirabiliter vulgi mutata eſt voluntas. Nam qui vivum eum tyrannum vocitarant, eundem liberatorem patriæ, tyranniq; expulſorem prædicabant. Sic ſubito miſericordia odio ſucceſſerat, ut eum ſuo ſanguine, ſi poſſent, ab Acheronte cuperent redimere. Itaq; in urbe, celeberrimo loco elatus publice, ſepulcri monumento donatus eſt. Diem obiit circiter annos quinquaginta quinque natus; quartum poſt annum, quam ex Peloponneſo in Siciliam redierat.

XI. IPHI-

XI.

Iphicrates.

Iphicrates Athenienſis, non tam magnitudine rerum geſtarum, quam diſciplina militari nobilitatus eſt. Fuit enim talis dux, ut non ſolum ætatis ſuæ cum primis compararetur, ſed ne de majoribus natu quidem quiſquam anteponeretur. Multum vero in bello eſt verſatus, ſæpe exercitibus præfuit, nuſquam culpa male rem geſſit, ſemper conſilio vicit; tantumque eo valuit, ut multa in re militari partim nova attulerit, partim meliora fecerit. Namque ille pedeſtria arma mutavit, cum ante illum imperatorem, maximis clypeis, brevibus haſtis, minutis gladiis, uterentur: ille è contrario peltam pro parma fecit, à qua poſtea peltaſtæ pedites appellantur, ut ad motus concurſuſque eſſent leviores. Haſtæ modum duplicavit, gladios longiores fecit. Idem genus loricarum mutavit, & pro ferreis atque æneis lineas dedit. Quo facto expeditiores milites reddidit. Nam pondere detracto, quod æque corpus tegeret, & leve eſſet, curavit.

Bellum cum Thracibus geſſit: Seuthen, ſocium Athenienſium, in regnum reſtituit. Apud Corinthum tanta ſeveritate exercitui præfuit, ut nullæ unquam in Græcia neque exercitatiores copiæ, neque magis dicto audientes fuerint duci; in eamque conſuetudinem adduxit, ut cum prælii ſignum ab imperatore eſſet datum, ſine ducis opera ſic ordinatæ conſiſterent, ut ſinguli à peritiſſimo imperatore diſpoſiti viderentur. Hoc exercitu *Moram* Lacedæmoniorum interfecit: quod maxime tota celebratum eſt Græcia. Iterum eodem bello omnes copias eorum fugavit: quo facto magnam adeptus eſt gloriam. Cum Artaxerxes Ægyptio regi bellum inferre voluiſſet, Iphicratem ab Athenienſibus petivit ducem, quem præficeret exercitui conductitio, cujus numerus duodecim millium fuit. Quem quidem ſic omni diſciplina militari erudivit, ut quemadmodum quondam *Fabiani*, milites Romani appellati ſunt, ſic *Iphicratenſes* apud Græcos in ſumma laude fuerint. Idem ſubſidio Lacedæmoniis profectus, Epaminondæ retardavit impetus. Nam niſi ejus adventus appropinquaſſet, non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent, quam captam incendio deleſſent.

Fuit autem & animo magno, & corpore, imperatoriaque forma, ut ipſo aſpectu cuivis injiceret admirationem ſui: ſed in labore remiſſus nimis, parumque patiens, ut Theopompus memoriæ prodidit: bonus vero civis, fideq; magna. Quod cum in aliis rebus declaraverit, tum maxime in Amyntæ Macedonis liberis tuendis. Namque Eurydice, mater Perdiccæ & Philippi, cum his duobus pueris, Amynta mortuo, ad Iphicratem confugit, ejuſq; opibus defenſa eſt. Vixit ad ſenectutem placatis in ſe ſuorum civium animis. Cauſam capitis ſemel dixit bello ſociali ſimul cum Timotheo, eoq; judicio eſt abſolutus. Meneſthea filium reliquit ex Threſſa natum, Coti regis filia. Is cum interrogaretur, *utrum pluris patrem, matremne faceret*; *matrem*, inquit. Id cum omnibus mirum videretur; at ille *merito*, inquit, *facio. Nam pater, quantum in ſe fuit Thracem me genuit*: *contra, mater Athenienſem.*

XII. CHA-

XII.

CHABRIAS.

CHABRIAS Athenienſis. Hic quoque in ſummis habitus eſt ducibus, reſque multas memoria dignas geſſit. Sed ex his elucet maxime Inventum ejus in prælio, quod apud Thebas fecit, cum Bœotiis ſubſidio veniſſet. Namque in ea victoria fidente ſummo duce Ageſilao, fugatis jam ab eo conductitiis catervis, reliquam phalangem loco vetuit cedere; obnixoque genu ſcuto, projectaque haſta impetum excipere hoſtium docuit. Id novum Ageſilaus intuens, progredi non eſt auſus, ſuoſque jam incurrentes tuba revocavit. Hoc uſque eo in Græcia fama celebratum eſt, ut illo ſtatu Chabrias ſibi ſtatuam fieri voluerit, quæ publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt. Ex quo factum eſt, ut poſtea athletæ, cæterique artifices * his ſtatibus in ſtatuis ponendis uterentur, in quibus victoriam eſſent adepti.

Chabrias autem multa in Europa bella adminiſtravit, cum dux Athenienſium eſſet: multa in Ægypto ſua

ſponte geſſit. Nam Nectanebum adjutum profectus, regnum ei conſtituit. Fecit idem Cypri, ſed publice ab Athenienſibus Evagoræ adjutor datus; neque prius inde diſceſſit, quam totam inſulam bello devinceret: quo ex re Athenienſes magnam gloriam ſunt adepti. Interea bellum inter Ægyptios, & Perſas conflatum eſt; & Athenienſes cum Artaxerxe ſocietatem habebant, Lacedæmonii cum Ægyptiis, à quibus magnas prædas Ageſilaus rex eorum faciebat. Id intuens Chabrias, cum in re nulla Ageſilao cederet, ſua ſponte eos adjutum profectus, Ægyptiæ claſſi præfuit; pedeſtribus copiis Ageſilaus.

Tum præfecti regis Perſiæ legatos miſerunt Athenas, queſtum, quod Chabrias adverſum regem bellum gereret cum Ægyptiis. Athenienſes diem certam Chabriæ præſtituerunt, quam ante domum niſi rediſſet, capitis ſe illum damnaturos denunciarunt. Hoc ille nuntio Athenas rediit, neque ibi diutius eſt moratus, quam fuit neceſſe. Non enim libenter erat ante oculos civium ſuorum, quod & vivebat laute, & indulgebat ſibi liberalius, quam ut invidiam vulgi poſſet effugere. *Eſt enim hoc commune vitium in magnis liberiſque civitatibus, ut invidia gloriæ comes ſit, & libenter de his detrahant, quas eminere videant altius: neque animo æquo pauperes alienam opulentiam intuentur fortunam.* Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero ſolus ille aberat Athenis libenter, ſed omnes fere principes fecerunt idem: quod tantum ſe ab invidia putabant abfuturos, quantum à conſpectu ſuorum receſſiſſent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares in Sigæo. Diſſimilis quidem Chares horum factis & moribus, ſed tamen Athenis & honoratus & potens.

Chabrias autem periit bello ſociali tali modo. Oppugnabant Athenienſes Chium. Erat in claſſe Chabrias privatus, ſed omnes, qui in magiſtratu erant, auctoritate anteibat, eumque magis milites, quam qui præerant,

erant, aſpiciebant. Quæ res ei maturavit mortem. Nam dum primus ſtudet portum intrare, & gubernatorem jubet eo dirigere navem, ipſe ſibi perniciei fuit. Cum enim eo penetraſſet, cæteræ non ſunt ſecutæ. Quo facto circumfuſus hoſtium concurſu, cum fortiſſime pugnaret, navis roſtro percuſſa, cœpit ſidere. Hinc cum refugere poſſet, ſi ſe in mare dejeciſſet, quod ſuberat claſſis Athenienſium, quæ exciperet natantem; perire maluit, quam armis abjectis navem relinquere, in qua fuerat vectus. Id cæteri facere noluerunt, qui nando in tutum pervenerunt. At ille *præſtare honeſtam mortem turpi* exiſtimans *vitæ*, comminus pugnans telis hoſtium interfectus eſt.

XIII.

TIMOTHEUS.

TIMOTHEUS, Cononis filius, Athenienſis. Hic à patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim diſertus, impiger, laborioſus, rei militaris peritus, neque minus civitatis regendæ. Multa hujus ſunt præclare facta, ſed hæc maxime illuſtria. Olynthios & Byzantios bello ſubegit: Samum cepit, in qua oppugnanda, ſuperiore bello Athenienſes mille & ducenta talenta conſumſerant. Hanc ille ſine ulla publica impenſa populo reſtituit. Adverſum Cotyn bella geſſit, ab eoque mille & ducenta talenta prædæ in publicum detulit. Cyzicum obſidione liberavit: Ariobarzani ſimul cum Ageſilao auxilio profectus eſt: à quo cum Laco pecuniam numeratam accepiſſet, ille cives ſuos agro atque urbibus augeri maluit, quam id ſumere, cujus partem domum ſuam ferre poſſet. Itaque accepit Crithoten & Seſtum.

Idem claſſi præfectus circumvehens Peloponneſum, Laconicam populatus, claſſem eorum fugavit. Corcyram

am ſub imperium Athenienſium redegit; ſocioſque dem adjunxit Epirotas, Acharnanas, Chaonas, omneſque s gentes, quæ mare illud adjacent. Quo facto Lacedæmonii de diutina contentione deſtiterunt, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt, pacemque his legibus conſtituerunt, ut Athenienſes mari duces eſſent. Quæ victoria tantæ fuit Atticis lætitiæ, ut tum primum aræ Paci publice ſint factæ, eique deæ pulvinar ſit inſtitutum. Cujus laudis ut memoria maneret, Timotheo publice ſtatuam in foro poſuerunt: qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut cum patri populus ſtatuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic juxta polita recens filii, veterem patris renovavit memoriam.

Hic cum eſſet magno natu, & magiſtratus gerere deſiſſet, bello Athenienſes undique premi ſunt cœpti. Defecerat Samus, deſcierat Helleſpontus, Philippus jam tunc valens Macedo multa moliebatur: cui oppoſitus Chares cum eſſet, non ſatis in eo præſidii putabatur. Fit Meneſtheus prætor, filius Iphicratis, gener Timothei, & ut ad bellum proficiſcatur, decernitur. Huic in conſilium dantur duo uſu & ſapientia præſtantes, quorum conſilio uteretur, pater & ſocer: quod in his tanta erat autoritas, ut magna ſpes eſſet, per eos amiſſa poſſe recuperari. Hi cum Samum profecti eſſent, & eodem Chares, eorum adventu cognito, cum ſuis copiis proficiſceretur, ne quid abſente ſe geſtum videretur; accidit, cum ad inſulam appropinquarent, ut magna tempeſtas oriretur: quam evitare duo veteres imperatores utile arbitrati, ſuam claſſem ſuppreſſerunt. At ille temeraria uſus ratione non ceſſit majorum natu autoritati; &, ut in ſua manu eſſet fortuna, quo contenderat, pervenit; eodemque ut ſequerentur, ad Timotheum & Iphicratem nuntium miſit. Hinc male re geſta, compluribus amiſſis navibus, eodem, unde erat profectus, ſe recepit, literaſque Athenas publice miſit, ſibi proclive fuiſſe, Samum capere, niſi à Timotheo & Iphicrate deſertus eſſet. Ob eam

eam rem in crimen vocabantur. Populus acer, ſuſpicax, mobilis, adverſarius, invidus etiam potentiæ, domum revocat: accuſantur proditionis. Hoc judicio damnatus Timotheus, liſque ejus æſtimatur centum talentis. Ille odio ingratæ civitatis coactus, Chalcidem ſe contulit.

Hujus poſt mortem cum populum judicii ſui pœniteret, mulctæ novem partes detraxit, & decem talenta Cononem filium ejus, ad muri quandam partem reficiendam juſſit dare. In quo fortunæ varietas eſt animadverſa. Nam quos avus Conon muros ex hoſtium præda patriæ reſtituerat, eoſdem nepos cum ſumma ignominia familiæ, ex ſua re familiari reficere coactus eſt. Timothei autem moderatæ ſapientiſque vitæ, quùm plura poſſimus proferre teſtimonia, uno erimus contenti: quod ex eo facile conjici poterit, quam charus ſuis fuerit. Cum Athenis adoleſcentulus cauſam diceret, non ſolum amici privatique hoſpites ad eum defendendum convenerunt, ſed etiam in eis Jaſon tyrannus, qui illo tempore fuit omnium potentiſſimus. Hic cum in patria fine ſatellitibus ſe tutum non arbitraretur, Athenas ſine ullo præſidio venit; tantique hoſpitem fecit, ut mallet ſe capitis periculum adire, quam Timotheo de fama dimicanti deeſſe. Hunc adverſus tamen, Timotheus poſtea populi juſſu bellum geſſit; *patriæque ſanctiora jura, quam hoſpitii eſſe* duxit. Hæc extrema fuit ætas imperatorum Athenienſium, Iphicratis, Chabriæ, Timothei; neque poſt illorum obitum quiſquam dux in illa urbe fuit dignus memoria.

XIV. DA-

XIV.

DATAMES.

VEnio nunc ad fortiſſimum virum, maximique conſilii, omnium barbarorum; exceptis duobus Carthaginenſibus, Hamilcare, & Hannibale. De quo hoc plura referemus, quod & obſcuriora ſunt ejus geſta pleraque, & ea, quæ proſpere ei ceſſerunt, non magnitudine copiarum, ſed conſilii, quo tantum non omnes ſuperabat, acciderunt. Quorum niſi ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt. Datames patre Camiſſare, natione Care, matre Scythiſſa natus, primum militum numero fuit apud Artaxerxem, eorum, qui regiam tuebantur. Pater ejus Camiſſares, quod & manu fortis, & bello ſtrenuus, & regi multis locis fidelis erat repertus, habuit Provinciam partem Ciliciæ juxta Cappadociam, quam incolunt Leucoſyri. Datames militare munus fungens, primum qualis eſſet aperuit in bello, quod rex adverſus Caduſios geſſit. Namque hîc multis millibus interfectis, magni fuit ejus opera. Quo factum eſt,

ut cum in eo bello cecidiſſet Camiſſares, paterna ei traderetur provincia.

Pari ſe virtute poſtea præbuit, cum Autophradates juſſu regis bello perſequeretur eos, qui defecerant. Namque ejus opera hoſtes, cum caſtra jam intraſſent, profligati ſunt, exercituſque reliquus conſervatus regis eſt: qua ex re majoribus rebus præeſſe cœpit. Erat eo tempore Thyus dynaſtes Paphlagoniæ, antiquo genere natus à Pylæmene illo, quem Homerus Troico bello à Patroclo interfectum ait. Is regi dicto audiens non erat: quam ob cauſſam bello eum perſequi conſtituit, eique rei præfecit Datamen, propinquum Paphlagonis. Namque ex fratre & ſorore erant nati: quam ob cauſſam Datames omnia primum experiri voluit, ut ſine armis propinquum ad officium reduceret. Ad quem cum veniſſet ſine præſidio, quod ab amico nullas vereretur inſidias, pene interiit. Nam Thyus eum clam interficere voluit. Erat mater cum Datame amita Paphlagonis: ea, quid ageretur, reſciit, filiumque monuit. Ille fugæ periculum evitavit, bellumque indixit Thyo. In quo cum ab Ariobarzane præfecto Lydiæ, & Joniæ, totiuſque Phrygiæ, deſertus eſſet, nihilo ſegnius perſeveravit, vivumque Thyum cepit cum uxore & liberis.

Cujus facti ne prius fama ad regem, quam ipſe perveniret, dedit operam. Itaque omnibus inſciis, eo ubi erat rex, venit; poſteroque die Thyum, hominem maximi corporis, terribilique facie, (quod & niger, & capillo longo, barbaque erat prolixa,) optima veſte contexit, quam ſatrapæ regii gerere conſueverant; ornavit etiam torque, & armillis aureis, cæteroque regio cultu: ipſe agreſti duplicique amiculo circumdatus, hirtaque tunica, gerens in capite galeam venatoriam, dextra manu clavam, ſiniſtra copulam, qua vinctum ante ſe Thyum agebat, ut ſi feram beſtiam captam duceret. Quem cum omnes aſpicerent propter novitatem ornatus, ignotamque formam, ob eamque rem magnus eſſet concurſus; fuit non nemo, qui agnoſceret Thyum, regique nuntiaret.

ret. Primo non accredidit. Itaque Pharnabazum miſit exploratum; à quo ut rem geſtam comperit, ſtatim admitti juſſit, magnopere delectatus cum facto, tum ornatu: in primis quod nobilis rex in poteſtatem inopinanti venerat. Itaque magnifice Datamen donatum ad exercitum miſit, qui tum contrahebatur duce Pharnabazo & Tithrauſte ad bellum Ægyptium, parique eum, atque illos imperio eſſe juſſit. Poſtea vero quam Pharnabazum rex revocavit, illi ſumma imperii tradita eſt.

Hîc cum maximo ſtudio compararet exercitum, Ægyptumque proficiſci pararet, ſubito à rege literæ ſunt ei miſſæ, ut Aſpim aggrederetur, qui Cataoniam tenebat; quæ gens jacet ſupra Ciliciam, confinis Cappadociæ. Namque Aſpis ſaltuoſam regionem, caſtelliſque munitam incolens, non ſolum imperio regis non parebat, ſed etiam finitimas regiones vexabat, & quæ regi portarentur, abripiebat. Datames, etſi longe aberat ab his regionibus, & à majore re abſtrahebatur, tamen regis voluntati morem gerendum putavit. Itaque cum paucis, ſed viris fortibus navem conſcendit, exiſtimans id quod accidit, facilius ſe imprudentem parva manu oppreſſurum, quam paratum, quamvis magno exercitu. Hac delatus in Ciliciam, egreſſus inde, dies noctesque iter faciens, Taurum tranſiit, eoque quo ſtuduerat, venit. Quærit quibus locis ſit Aſpis; cognoſcit, haud longe abeſſe, profectumque eum venatum. Quem dum ſpeculatur, adventus ejus cauſa cognoſcitur. Piſidas cum iis quos ſecum habebat, ad reſiſtendum Aſpis comparat. Id Datames ubi audivit, arma capit, ſuoſque ſequi jubet, ipſe equo concitato ad hoſtem vehitur. Quem procul Aſpis conſpiciens ad ſe ferentem pertimeſcit, atque à conatu reſiſtendi deterritus, ſeſe dedit. Hunc Datames vinctum ad regem ducendum tradit Mithridati.

Hæc dum geruntur, Artaxerxes reminiſcens, à quanto bello, ad quam parvam rem principem ducum miſiſſet, ſe ipſum reprehendit, & nuntium ad exercitum Acen miſit, quod nondum Datamen profectum puta-

bat, qui ei diceret, ne ab exercitu diſcederet. His, priuſquam perveniret, quo erat profectus, in itinere convenit, qui Aſpim ducebant. Qua celeritate cum magnam benevolentiam regis Datames conſecutus eſſet, non minorem invidiam aulicorum excepit, quod illum unum pluris, quam ſe omnes fieri videbant: quo facto cuncti ad eum opprimendum conſenſerunt. Hæc Pandates, gazæ cuſtos regiæ, amicus Datami, per ſcripta ei mittit. In quibus docet, eum magno fore periculo, ſi quid illo imperante in Ægypto adverſi accidiſſet. *Namque eam eſſe conſuetudinem regum, ut caſus adverſos hominibus tribuant, ſecundos fortunæ ſuæ*: quo facile fieri, ut impellantur ad eorum perniciem, quorum ductu res male geſtæ nuntientur: illum hoc majore fore diſcrimine, quod quibus res maxime obediat, eos habeat inimiciſſimos. Talibus ille literis cognitis, cum jam ad exercitum Accœum veniſſet, quod non ignorabat, ea vere ſcripta, deſciſcere à rege conſtituit: neque tamen quicquam fecit, quod fide ſua eſſet indignum. Nam Mandroclem Magnetem exercitui præfecit; ipſe cum ſuis in Cappadociam diſcedit, conjunctamque huic Paphlagoniam occupat, celans qua voluntate eſſet in regem; clam cum Ariobarzane facit amicitiam, manum comparat, urbes munitas ſuis tuendas tradit.

Sed hæc propter hiemale tempus minus proſpere ſuccedebant. Audit Piſidas quaſdam copias adverſus ſe parare: filium eo Arſideum cum exercitu mittit. Cadit in prælio adoleſcens, proficiſcitur eo pater, non ita cum magna manu, celans quantum vulnus accepiſſet; quod prius ad hoſtem pervenire cupiebat, quam de re male geſta fama ad ſuos perveniret: ne cognita filii morte, animi debilitarentur militum. Quo contenderat pervenit, hiſque locis caſtra ponit, ut neque circumveniri multitudine adverſariorum poſſet, neque impediri, quo minus ipſe ad dimicandum manum haberet expeditam. Erat cum eo Mithrobarzanes ſocer ejus, præfectus equitum. Is deſperatis generi rebus, ad hoſtes transfugit.

transfugit. Id Datames ut audivit, ſenſit, ſi in turbam exiſſet, ab homine tam neceſſario ſe relictum, futurum ut cæteri conſilium ſequerentur; in vulgus edit, ſuo juſſu Mithrobarzanem profectum pro perfuga, quo facilius receptus interficeret hoſtes. Quare relinqui eum non par eſſe, ſed omnes confeſtim ſequi. Quod ſi animo ſtrenuo feciſſent, futurum ut adverſarii non poſſent reſiſtere, cum & intra vallum, & foris cæderentur. Hac re probata exercitum educit, Mithrobarzanem perſequitur: qui dum ad hoſtes pervenerat, Datames ſigna inferri jubet. Piſidæ nova re commoti, in opinionem adducuntur, perfugas mala fide compoſitoque feciſſe, ut recepti, eſſent majori calamitati. Primum eos adoriuntur. Illi, cum quid ageretur, aut quare fieret ignorarent, coacti ſunt cum eis pugnare, ad quos tranſierant, ab hiſque ſtare, quos reliquerant. Quibus cum neutri parcerent, celeriter ſunt conciſi. Reliquos Piſidas reſiſtentes Datames invadit, primo impetu pellit, fugientes perſequitur, multos interficit, caſtra hoſtium capit. Tali conſilio uno tempore & proditores perculit, & hoſtes profligavit; & quod ad ſuam perniciem fuerat cogitatum, id ad ſalutem convertit. Quo neque acutius ullius imperatoris cogitatum, neque celerius factum uſquam legimus.

Ab hoc tamen viro Schiſmas maximus natu filius deſciit, adque regem tranſiit, & de defectione patris detulit. Quo nuntio Artaxerxes commotus, quod intelligebat ſibi cum viro forti ac ſtrenuo negotium eſſe, qui, cum cogitaſſet, facere auderet, & prius cogitare, quam conari conſueſſet; Autophradatem in Cappadociam mittit. Hic ne intrare poſſet ſaltum, in quo Ciliciæ portæ ſunt ſitæ, Datames præoccupare ſtuduit. Sed tam ſubito copias contrahere non potuit. A qua re depulſus, cum ea manu, quam contraxerat, locum delegit talem, ut neque circumiretur ab hoſtibus, neque præteriret adverſarius, quin ancipitibus locis premeretur; & ſi dimicare cum eo vellet, non multum obeſſe multitudo hoſtium ſuæ paucitati poſſet.

Hæc

Hæc etſi Autophradates videbat, ſatius tamen ſtatuit congredi, quam cum tantis copiis refugere, aut tam din uno loco ſedere. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardaces appellant, ejuſdemque generis tria funditorum, præterea Cappadocum octo, Armeniorum decem, Paphlagonum quinque, Phrygum decem, Lydorum quinque, Aſpendiorum & Piſidarum circiter tria, Cilicum duo, Captianorum totidem, ex Græcia conductorum tria millia; levis armaturæ maximum numerum. Has adverſus copias ſpes omnis conſiſtebat Datami in ſe, locique natura. Namque hujus partem non habebat vicesimam militum. Quibus fretus conflixit, adverſariorumque multa millia concidit, cum de ipſius exercitu non amplius hominum mille cecidiſſent. Quam ob cauſam poſtero die tropæum poſuit quo loco pridie pugnatum eſt. Hinc cum caſtra moviſſet, ut inferior copiis, ita ſuperior omnibus præliis diſcedebat, quod nunquam manum conſereret, niſi cum adverſarios locorum anguſtiis clauſiſſet; quod perito regionum callideque cogitanti ſæpe accidebat. Autophradates, cum bellum duci majore regis calamitate, quam adverſariorum, videret, ad pacem amicitiamque hortatus eſt, ut cum rege in gratiam rediret. Quam ille, etſi non fidam fore putabat, tamen conditionem accepit, ſeque ad Artaxerxem legatos miſſurum dixit. Sic bellum, quod rex adverſus Datamen ſuſceperat, ſedatum: Autophradates in Phrygiam ſe recepit.

At rex, quod implacabile odium in Datamen ſuſceperat, poſtquam bello eum opprimi non poſſe animadvertit, inſidiis interficere ſtuduit; quas ille pleraſque vitavit. Sicut cum nuntiatum eſſet, quoſdam ſibi infidiari, qui in amicorum erant numero, de quibus, quod inimici demulerant, neque credendum, neque negligendum putavit; experiri voluit, verum falſumne ſibi eſſet relatum. Itaque eo profectus eſt, quo itinere futuras inſidias dixerant. Sed elegit corpore & ſtatura ſimillimum ſui, eique veſtitum ſuum dedit, atque eo loco

ire,

ire, quo ipſe conſueverat, juſſit: ipſe autem ornatus veſtitu militari, inter corporis cuſtodes iter facere cœpit. At inſidiatores, poſtquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque veſtitu, in eum faciunt impetum, qui ſuppoſitus erat: prædixerat autem his Datames, cum quibus iter faciebat, ut parati eſſent facere, quod ipſum vidiſſent. Ipſe, ut concurrentes inſidiatores animadvertit, tela in eos conjecit. Hoc idem cum univerſi feciſſent, priuſquam pervenirent ad eum, quem aggredi volebant, confixi ceciderunt.

Hic tamen tam callidus vir extremo tempore captus eſt, Mithridatis Ariobarzanis filii dolo. Namque is pollicitus eſt regi, ſe eum interfecturum, ſi ei rex promitteret, ut, quodcunque vellet, liceret impune facere; fidemque de ea re, more Perſarum, dextra dediſſet. Hanc ut accepit, ſimulat ſe ſuſcepiſſe cum rege inimicitiam; copias parat, & abſens amicitiam cum Datame facit; regis provinciam vexat, caſtella expugnat, magnas prædas capit: quarum partem ſuis diſpertit, partem ad Datamen mittit. Pari modo complura caſtella ei tradit. Hæc diu faciendo, perſuaſit homini, ſe infinitum adverſus regem ſuſcepiſſe bellum; cum nihilo magis, ne quam ſuſpicionem illi præberet inſidiarum, neque colloquium ejus petivit, neque in conſpectum venire ſtuduit. Sic abſens amicitiam gerebat, ut non beneficiis mutuis, ſed odio communi, quod erga regem ſuſceperant, contineri viderentur.

Id cum ſatis ſe confirmaſſe arbitratus eſt, certiorem facit Datamem, tempus eſſe majores exercitus parari, & bellum cum ipſo rege ſuſcipi: de qua re, ſi ei videretur, quo loco vellet, in colloquium veniret. Probata re, colloquendi tempus ſumitur, locuſque quo conveniretur. Huc Mithridates cum uno cui maximam habebat fidem, ante aliquot dies venit, compluribuſque locis ſeparatim gladios obruit, eaque loca diligenter notat. Ipſo autem colloquendi die, utrique, locum qui explorarent, atque ipſos ſcrutarentur, mittunt: deinde

ipſi

ipſi ſunt congreſſi. Hîc cum aliquandiu in colloquio fuiſſent, & diverſi diſceſſiſſent, jamque procul Datames abeſſet, Mithridates priuſquam ad ſuos perveniret, ne quam ſuſpicionem pareret, in eundem locum revertitur, atque ibi, ubi telum erat poſitum, reſedit, ut ſi à laſſitudine cuperet acquieſcere, Datamemque revocavit, ſimulans ſe quiddam in colloquio eſſe oblitum. Interim telum, quod latebat, protulit, nudatumque vagina, veſte texit, ac Datami venienti ait, digredientem ſe animadvertiſſe locum quendam, qui erat in conſpectu, ad caſtra ponenda idoneum. Quem cum digito monſtraret, & ille conſpiceret, averſum ferro transfixit; & prius quam quiſquam poſſet ſuccurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos conſilio, neminem perfidia ceperat, ſimulata captus eſt amicitia.

XV. EPAMI-

XV.

EPAMINONDAS.

EPAMINONDAS Polymni filius, Thebanus. De hoc priuſquam ſcribamus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad ſuos referant, neve ea, quæ ipſis leviora ſunt, pari modo apud cæteros fuiſſe arbitrentur. Scimus enim muſicen noſtris moribus abeſſe à principis perſona; ſaltare etiam in vitiis poni. Quæ omnia, apud Græcos & gratia, & laude digna ducuntur. Cum autem exprimere imaginem conſuetudinis atque vitæ velimus Epaminondæ, nihil videmur debere prætermittere, quod pertineat ad eam declarandam. Quare dicemus primum de genere ejus; deinde quibus diſciplinis & à quibus ſit eruditus; tum de moribus, ingeniique facultatibus, & ſi qua alia digna memoria erunt; poſtremo de rebus geſtis, quæ à plurimis omnium anteponentur virtutibus.

Natus igitur patre, quo diximus, honeſto genere, pauper jam à majoribus relictus. Eruditus autem ſic, ut nemo Thebanus magis. Nam & citharizare, & cantare ad

chordarum ſonum doctus eſt à Dionyſio, qui non minore fuit in muſicis gloria, quam Damon, aut Lampru, quorum pervulgata ſunt nomina; carmina cantare tibiis, ab Olympiodoro; ſaltare, à Calliphrone. At Philoſophiæ præceptorem habuit Lyſim Tarentinum, Pythagoreum; cui quidem ſic fuit deditus, ut adoleſcens triſtem & ſeverum ſenem omnibus æqualibus ſuis in familiaritate antepoſuerit; neque prius eum à ſe dimiſerit, quam doctrinis tanto anteceſſit condiſcipulos, ut facile intelligi poſſet, pari modo ſuperaturum omnes in cæteris artibus. Atque hæc ad noſtram conſuetudinem ſunt levia, & potius contemnenda; at in Græcia utique olim magnæ laudi erant. Poſtquam ephebus factus eſt, & paleſtræ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium ſervivit, quam velocitati; illam enim ad athletarum uſum, hanc ad belli exiſtimabat utilitatem pertinere. Itaque exercebatur plurimum * currendo & luctando, ad eum finem, quoad ſtans complecti poſſet, atque contendere: in armis vero plurimum ſtudii conſumebat.

Ad hanc corporis firmitatem plura etiam animi bona acceſſerant. Erat enim modeſtus, prudens, gravis, temporibus ſapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo; adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur. Idem continens, clemens, patienſque admirandum in modum; non ſolum populi, ſed etiam amicorum ferens injurias; in primiſque *commiſſa celans; quod interdum non minus prodeſt, quam diſerte dicere.* Studioſus audiendi; ex hoc enim facillime diſci arbitrabatur. Itaque cum in circulum veniſſet, in quo aut de republ. diſputaretur, aut de philoſophia ſermo haberetur, nunquam inde prius diſceſſit, quam ad finem ſermo eſſet deductus. Paupertatem adeo facile perpeſſus eſt, ut de republ. nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in ſe tuendo caruit facultatibus: fide ad alios ſublevandos ſæpe ſic uſus eſt, ut poſſit judicari, omnia ei cum amicis fuiſſe communia. Nam cum aut civium ſuorum aliquis ab hoſtibus eſſet captus, aut virgo amici nubilis

nubilis propter paupertatem collocari non poſſet, amicorum concilium habebat, & quantum quiſque daret, pro cujuſque facultatibus imperabat; eamque ſummam cum faceret, priuſquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos, qui conferebant; eique ut ipſi numerarent, faciebat; ut ille, ad quem ea res perveniebat, ſciret, quantum cuique deberet.

Tentata autem ejus eſt abſtinentia à Diomedonte Cy- ἀφιλαργυρία
ziceno. Namque is rogatu Artaxerxis Epaminondam pecunia corrumpendum ſuſceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, & Micythum adoleſcentulum quinque talentis ad ſuam perduxit voluntatem; quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, & cauſam adventus Diomedontis oſtendit. At ille Diomedonte coram, *nihil*, inquit, *opus pecunia eſt. Nam ſi ea rex vult, quæ Thebanis ſunt utilia, gratis facere ſum paratus: ſin autem contraria, non habet auri atque argenti ſatis. Namque orbis terrarum divitias accipere nolo, pro patriæ charitate. Te, qui me incognitum tentaſti, tuique ſimilem exiſtimaſti, non miror; tibi ignoſco: ſed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me non potueris. Tu Micythe, argentum huic redde, aut, niſi id confeſtim facis, ego te tradam magiſtratui.* Hunc Diomedon cum rogaret, ut tuto exire, ſuaque quæ attuliſſet, liceret efferre; *iſtud*, inquit, *faciam; neque tua cauſa, ſed mea; ne, ſi tibi ſit pecunia ademta, aliquis dicat, ad me ereptum perveniſſe, quod delatum accipere noluiſſem*: à quo cum quæliſſet, quo ſe duci vellet, & ille Athenas dixiſſet, præſidium dedit, ut eo tuto perveniret. Neque vero id ſatis habuit, ſed etiam ut inviolatus in navem aſcenderet, per Chabriam Athenienſem, (de quo ſupra mentionem fecimus) effecit. Abſtinentiæ erit hoc ſatis teſtimonium. Plurima quidem proferre poſſemus, ſed modus adhibendus eſt; quoniam uno hoc volumine *vitas excellentium virorum* complurium concludere conſtituimus, quorum ſeparatim multis millibus ver-

ſuum complures ſcriptores ante nos explicarunt.

Fuit & diſertus, ut nemo Thebanus ei par eſſet eloquentia; neque minus concinnus in brevitate reſpondendi, quam in perpetua oratione ornatus. Habuit obtrectatorem Meneclidem quendam, indidem Thebis, adverſarium in adminiſtranda republ. ſatis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ſcilicet. Namque illi genti plus ineſt virium, quam ingenii. Is, quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari ſolebat Thebanos, ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris opera deſideraretur. Huic ille, *fallis*, inquit, *verbo cives tuos, quod hos à bello avocas. Otii enim nomine ſervitutem concilias. Nam paritur pax bello. Itaque qui ea diutina volunt frui, bello exercitati eſſe debent. Quare ſi principes Græciæ eſſe vultis, caſtris eſt vobis utendum, non palæſtra.* Idem ille Meneclides cum huic obiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxiſſet; maximeque inſolentiam, quod ſibi Agamemnonis belli gloriam videretur conſecutus: at ille, *deſine*, inquit, *Meneclide de uxore mihi exprobare. Nam nullius in iſta re minus, quam tuo uti conſilio volo.* (Habebat enim Meneclides ſuſpicionem adulterii.) *Quod autem me Agamemnonem æmulari putas, falleris. Namque ille cum univerſa Græcia vix decem annis unam cepit urbem, ego contra ex una urbe noſtra, dieque uno, totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi.*

Idem cum in conventum veniſſet Arcadum, petens ut ſocietatem cum Thebanis & Argivis facerent; contraque Calliſtratus Athenienſium legatus, qui eloquentia omnes eo præſtabat tempore, poſtularet, ut potius amicitiam ſequerentur Atticorum; & in oratione ſua multa invectus eſſet in Thebanos & Argivos, in eiſque hoc poſuiſſet, *animadvertere debere Arcades, quales utraque civitas cives procreaſſet, ex quibus de cæteris poſſent judicare: Argivos enim fuiſſe Oreſtem & Alcmæonem, matricidas: Thebis Oedipum natum, qui cum patrem ſuum interfeciſſet, ex matre liberos procreaſſet.*

Hic

Hîc in reſpondendo Epaminondas, cum de cæteris peroraſſet, poſtquam ad illa duo opprobria pervenit, *admirari ſe* dixit *ſtultitiam rhetoris Attici, qui non animadvertit innocentes illos natos, domi ſcelere admiſſo, cum patria eſſent pulſi, receptos eſſe ab Athenienſibus.* Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ, legati ante pugnam Leuctricam: quo cum omnium ſociorum conveniſſent legati, coram frequentiſſimo legationum conventu, ſic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concuſſerit, quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod poſt apparuit, ut auxilio ſociorum Lacedæmonii privarentur.

Fuiſſe autem patientem, ſuorumque injurias ferentem civium, quod ſe *patriæ iraſci nefas* eſſe duceret, hæc ſunt teſtimonia. Cum eum propter invidiam cives præficere exercitui noluiſſent, duxque eſſet delectus belli imperitus, cujus errore eo eſſet deducta res militum, ut omnes de ſalute pertimeſcerent, quod locorum anguſtiis clauſi ab hoſtibus obſidebantur; deſiderari cœpta eſt Epaminondæ diligentia: erat enim ibi privatus numero militum: à quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ; & exercitum, obſidione liberatum, domum reduxit incolumem. Neque vero hoc ſemel fecit, ſed ſæpius: maxime autem fuit illuſtre, cum in Peloponneſum, exercitum duxiſſet adverſus Lacedæmonios, haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac ſtrenuus. Hîc, cum criminibus adverſariorum omnes in invidiam veniſſent, ob eamque rem imperium his eſſet abrogatum, atque in eorum locum alii prætores ſucceſſiſſent; Epaminondas plebiſcito non paruit, idemque ut facerent, perſuaſit collegis, & bellum, quod ſuſceperat, geſſit. Namque animadvertebat, ubi id feciſſet, totum exercitum propter prætorum imprudentiam, inſcitiamque belli, periturum. Lex erat Thebis, quæ *morte multabat, ſi quis imperium diutius retinuiſſet, quam lege præfinitum foret*: hanc Epaminondas cum reipubl. converſandæ cauſa latam videret,

deret, ad perniciem civitatis conferre noluit; & quatuor menſibus diutius, quam populus juſſerat, geſſit imperium.

Poſtquam domum reditum eſt, collegæ ejus hoc crimine accuſabantur. Quibus ille permiſit, omnem ut caufam in ſe transferrent, ſuaque opera factum contenderent, ut legi non obedirent. Qua defenſione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam reſponſurum putabat, quod, quid diceret, non haberet. At ille in judicium venit; nihil eorum negavit, quæ adverſarii crimini dabant, omniaque quæ collegæ dixerant, confeſſus eſt; neque recuſavit, quo minus legis pœnam ſubiret; ſed unum ab iis petivit, ut in * periculo ſuo conſcriberent, *Epaminondas à Thebanis morte multatus eſt, quod eos coegit apud Leuctra ſuperare Lacedæmonios; quos ante ſe imperatorem, nemo Bœoticorum auſus fuit aſpicere in acie; quodque uno prælio non ſolum Thebas ab interitu retraxit, ſed etiam univerſam Græciam in libertatem vindicavit; eoque res utrorumque perduxit, ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedæmonii ſatis haberent, ſi ſalvi eſſe poſſent: neque prius bellare deſtitit, quam Meſſena conſtituta, urbem eorum obſidione clauſit.* Hæc cum dixiſſet, riſus omnium cum hilaritate coortus eſt; neque quiſquam judex auſus eſt de eo ferre ſuffragium. Sic à judicio capitis maxima diſceſſit gloria.

V. var lect.

Hic extremo tempore imperator apud Mantineam, cum acie inſtructa audacius inſtaret hoſtibus, cognitus à Lacedæmoniis, quod in ejus unius pernicie, patriæ ſitam putabant ſalutem, univerſi in unum impetum fecerunt; neque prius abſceſſerunt, quam magna cæde facta, multiſque occiſis, fortiſſime ipſum Epaminondam pugnantem, ſparo eminus percuſſum concidere viderunt. Hujus caſu aliquantum retardati ſunt Bœotii; neque tamen prius pugna exceſſerunt, quam repugnantes profligarunt. At Epaminondas cum animadverteret, mortiferum ſe vulnus accepiſſe, ſimulque ſi ferrum, quod ex haſtili in corpore remanſerat, extraxiſſet, animam ſtatim

tim emiſſurum; uſque eo retinuit, quoad renunciatum eſt, viciſſe Bœotios: id poſtquam audivit, *ſatis*, inquit, *vixi, invictus enim morior*. Tum ferro extracto, confeſtim examinatus eſt.

Hic uxorem nunquam duxit: in quo cum reprehenderetur à Pelopida, qui filium habebat infamem; maleque eum in eo patriæ conſulere diceret, quod liberos non relinqueret: *vide*, inquit, *ne tu pejus conſulas, qui talem ex te natum relicturus ſis. Neque vero ſtirps mihi poteſt deeſſe. Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quæ non modo mihi ſuperſtes, ſed etiam immortalis ſit, neceſſe eſt.* Quo tempore duce Pelopida, exules Thebas occupaverunt, & præſidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta eſt cædes civium, domi ſe retinuit; quod neque malos defendere volebat, neque impugnare, ne manus ſuorum ſanguine cruentaret. Namque *omnem civilem victoriam funeſtam* putabat. Idem poſtquam apud Cadmeam pugnari cum Lacedæmoniis cœpit, in primis ſtetit. Hujus de virtutibus, vitaque ſatis erit dictum, ſi hoc unum adjunxero, quod nemo eat inficias; Thebas & ante Epaminondam natum, & poſt ejus interitum, perpetuo alieno paruiſſe imperio: contra ea, quamdiu ille præfuerit reipubl. caput fuiſſe totius Græciæ. Ex quo intelligi poteſt, *unum hominem pluris quam civitatem fuiſſe.*

XVI. PELO-

XVI.

PELOPIDAS.

PELOPIDAS Thebanus, magis hiſtoricis, quam vulgo, notus: cujus de virtutibus dubito quemadmodum exponam; quod vereor, ſi res explicare incipiam, non vitam ejus enarrare, ſed hiſtoriam videar ſcribere; ſi tantummodo ſummas attigero, ne rudibus literarum Græcarum minus lucide appareat, quantus fuerit ille vir. Itaque utrique rei occurram, quantum potero; & medebor cum ſatietati, tum ignorantiæ lectorum. Phœbidas Lacedæmonius, cum exercitum Olynthum duceret, iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea nominatur, occupavit, impulſu perpaucorum Thebanorum, qui adverſariæ factioni quo facilius reſiſterent, Laconum rebus ſtudebant; idque ſuo privato, non publico fecit conſilio. Quo facto, eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt; neque eo magis arcem Thebanis reddiderunt, quod ſuſceptis inimicitiis, ſatius ducebant eos obſideri, quam

quam liberari. Nam poſt Peloponneſium bellum, Athenaſque devictas, cum Thebanis ſibi rem eſſe exiſtimabant; & eos eſſe ſolos, qui adverſus reſiſtere auderent. Hac mente amicis ſuis ſummas poteſtates dederant, alterius factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant: in quibus Pelopidas hic, de quo ſcribere exorſi ſumus, pulſus, patria carebat.

Hi omnes fere Athenas ſe contulerant, non quo ſequerentur otium, ſed ut quemque ex proximo locum ſors obtuliſſet, eo patriam recuperare niterentur. Itaque cum tempus eſt viſum rei gerendæ, communiter cum his, qui Thebis idem ſentiebant, diem delegerunt ad inimicos opprimendos, civitatemque liberandam, eum, quo maximi magiſtratus ſimul conſueverant epulari. *Magnæ ſæpe res non ita magnis copiis ſunt geſtæ*: ſed profecto nunquam ab tam tenui initio tantæ opes ſunt profligatæ. Nam duodecim adoleſcentuli coierunt ex his, qui exilio erant multati, cum omnino non eſſent amplius centum, qui tanto ſe offerrent periculo. Qua paucitate percuſſa eſt Lacedæmoniorum potentia. Hi enim non magis adverſariorum factioni, quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ. Quorum imperioſa majeſtas, neque ita multo poſt Leuctrica pugna, ab hoc initio perculſa cecidit. Illi igitur duodecim, quorum erat dux Pelopidas, cum Athenis interdiu exiſſent, ut veſperaſcente cœlo Thebas poſſent pervenire, cum canibus venaticis exierunt, retia ferentes, veſtitu agreſti, quo minore ſuſpicione facerent iter. Qui cum tempore ipſo, quo ſtuduerant, perveniſſent, domum Charonis devenerunt, à quo & tempus & dies erat datus.

Hoc loco libet interponere, etſi ſejunctum à re propoſita eſt, *nimia fiducia quantæ calamitati ſoleat eſſe*. Nam magiſtratuum Thebanorum ſtatim ad aures pervenit, exules in urbem deveniſſe. Id illi, vino epuliſque dediti, uſque eo deſpexerunt, ut ne quærere quidem de tanta re laborarint. Acceſſit etiam, quod magis aperiret

eorum dementiam: allata est enim epistola Athenis ab Archia hierophante, Archiæ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat; in qua omnia de profectione exulum perscripta erant. Quæ cum jam accubanti in convivio esset data, sicut erat signata, in pulvinum subjiciens, *in crastinum*, inquit, *differo res severas.* At illi omnes, cum jam nox processisset, vinolenti ab exulibus duce Pelopida, sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberaverunt; auctores Cadmeæ occupandæ partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.

Hoc tam turbido tempore, (sicut supra diximus,) Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ: cæteræ fere omnes communes cum Epaminonda. Namque in Leuctrica pugna, imperatore Epaminonda, hic fuit dux delectæ manus, quæ prima phalangem prostravit Laconum. Omnibus præterea periculis adfuit: sicut Spartam cum oppugnavit, alterum tenuit cornu; quoque Messena celerius restitueretur, legatus in Persas est profectus. Denique hæc fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda, ita ut proxima esset Epaminondæ.

Conflictatus autem est cum adversa fortuna. Nam & initio, sicut ostendimus, exul patria caruit; & cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere, *legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset*; à tyranno Alexandro Pheræo simul cum Ismenia comprehensus, in vincula conjectus est. Hunc Epaminondas recuperavit bello persequens Alexandrum. Post id factum, nunquam is animo placari potuit in eum, à quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur, tyrannosque ejus expellerent. Cujus

ius belli cum ei ſumma eſſet data, eoque cum exercitu profectus eſſet, non dubitavit, ſimul ac conſpexit hoſtem, confligere. In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, inconſus ira, equum in eum concitavit, proculque digreſſus à ſuis, conjectu telorum confoſſus cecidit. Atque hoc ſecunda victoria accidit: nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ. Quo facto omnes Theſſaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis, & ſtatuis æneis, liberoſque ejus multo agro donarunt.

XVII.

AGESILAUS.

AGESILAUS Lacedæmonius, cum à cæteris ſcriptoribus, tum eximie à Xenophonte Socratico collaudatus eſt. Eo enim uſus eſt familiariſſime. Hic primum de regno cum Leotychide fratris filio, habuit contentionem. Mos eſt enim à majoribus, Lacedæmoniis traditus, ut duos haberent ſemper reges, nomine magis quam imperio, ex duabus familiis Procli & Euryſthenis, qui principes ex progenie Herculis, Spartæ reges fuerunt. Harum ex altera in alterius familiæ locum fieri non licebat: itaque uterque ſuum retinebat ordinem. Primum ratio habebatur, qui maximus natu eſſet ex liberis ejus, qui regnans deceſſiſſet. Sin is virilem ſexum non reliquiſſet, tunc deligebatur, qui proximus eſſet propinquitate. Mortuus erat Agis rex, frater Ageſilai; filium reliquerat Leotychidem, quem ille vivus non agnorat, eundem moriens ſuum eſſe dixerat. Is de honore regni cum Ageſilao ſuo patruo contendit: neque id, quod petivit conſecutus eſt. Nam Lyſan-

Lyſandro ſuffragante, homine, ut oſtendimus ſupra, factioſo, & his temporibus potente, Ageſilaus antelatus eſt.

Hic ſimulatque imperii potitus eſt, perſuaſit Lacedæmoniis, ut exercitum emitterent in Aſiam, bellumque regi facerent; docens, ſatius eſſe in Aſia, quam in Europa dimicare. Namque fama exierat, Artaxerxem comparare claſſem, pedeſtreſque exercitus, quos in Græciam mitteret. Data poteſtate, tanta celeritate uſus eſt, ut prius in Aſiam cum copiis pervenerit, quam regii ſatrapæ eum ſcirent profectum. Quo factum eſt, ut omnes imparatos imprudenteſque offenderet. Id ut cognovit Tiſſaphernes, qui ſummum imperium tum inter præfectos habebat regios, inducias à Lacone petivit, ſimulans, ſe dare operam, ut Lacedæmoniis cum rege conveniret; re autem vera ad copias comparandas; eaſque impetravit trimeſtres. Juravit autem uterque, ſe ſine dolo inducias conſervaturum. In qua pactione ſumma fide manſit Ageſilaus: contra ea, Tiſſaphernes nihil aliud, quam bellum comparavit. Id etſi ſentiebat Laco, tamen jusjurandum ſervabat, *multumque in eo conſequi ſe* dicebat, *quod Tiſſaphernes perjurio ſuo, & homines ſuis rebus abalienaret, & deos ſibi iratos redderet: ſe autem ſervata religione confirmare exercitum, cum animadverteret, deorum numen facere ſecum, hominesque ſibi conciliari amiciores, quod iis ſtudere conſueſſent, quos conſervare fidem viderent.*

Poſtquam induciarum præteriit dies, barbarus non dubitans, quod ipſius erant plurima domicilia in Caria, & ea regio his temporibus multo putabatur locupletiſſima, eo potiſſimum hoſtes impetum facturos, omnes ſuas copias eo contraxerat. At Ageſilaus in Phrygiam ſe convertit, eamque prius depopulatus eſt, quam Tiſſaphernes uſquam ſe moveret. Magna præda militibus locupletatis, Epheſum hiematum exercitum reduxit, atque ibi, officinis armorum inſtitutis, magna induſtria bellum apparavit; & quo ſtudioſius armarentur inſigniuſque

ſigniuſque ornarentur, præmia propoſuit, quibus donarentur, quorum egregia in ea re fuiſſet induſtria. Fecit idem in exercitationum generibus, ut qui cæteris præſtitiſſent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit, ut & ornatiſſimum & exercitatiſſimum haberet exercitum. Huic cum tempus eſſet viſum, copias extrahere ex hybernaculis, vidit ſi quo eſſet iter facturus, palam pronuntiaſſet, hoſtes non creditūros, aliaſque regiones occupaturos, nec dubitaturos aliud eſſe facturum ac pronuntiaſſet. Itaque cum ille Sardis ſe iturum dixiſſet, Tiſſaphernes eandem Cariam defendendam putavit. In quo cum eum opinio fefelliſſet, victumque ſe vidiſſet conſilio, ſero ſuis præſidio profectus eſt. Nam cum illò veniſſet, jam Ageſilaus, multis locis expugnatis, magna erat præda potitus. Laco autem, cum, videret hoſtes equitatu ſuperare, nunquam in campo ſui fecit poteſtatem, & his locis manum conſeruit, quibus plus pedeſtres copiæ valerent. Pepulit ergo, quotieſcunque congreſſus eſt, multo majores adverſariorum copias; & ſic in Aſia verſatus eſt, ut omnium opinione victor duceretur.

Hic cum animo meditaretur proficiſci in Perſas, & ipſum regem adoriri, nuntius ei domo venit Ephorum juſſu, bellum Athenienſes & Bœotios indixiſſe Lacedæmoniis: quare venire non dubitaret. In hoc non minus ejus pietas ſuſpicienda eſt, quam virtus bellica; qui, cum victori præeſſet exercitui, maximamque haberet fiduciam regni Perſarum potiundi, tanta modeſtia dicto audiens fuit juſſis abſentium magiſtratuum, ut ſi privatus in comitio eſſet Spartæ: cujus exemplum utinam imperatores noſtri ſequi voluiſſent. Sed illuc redeamus. Ageſilaus *opulentiſſimo regno præpoſuit bonam exiſtimationem*, multoque glorioſius duxit, ſi inſtitutis patriæ præſuiſſet, quam ſi bello ſuperaſſet Aſiam. Hac igitur mente Helleſpontum copias trajecit, tantaque uſus eſt celeritate, ut, quod iter Xerxes anno vertente confecerat, hic tranſierit triginta diebus. Cum jam haud ita longe

longe abeſſet à Peloponneſo, obſiſtere ei conati ſunt Athenienſes & Bœotii, cæterique eorum ſocii, apud Coroneam: quos omnes gravi prælio vicit. Hujus victoriæ vel maxima fuit laus, quod cum plerique ex fuga ſe in templum Minervæ conjeciſſent, quærereturque ab eo, quid his fieri vellet; etſi aliquot vulnera acceperat eo prælio, & iratus videbatur omnibus, qui adverſus arma tulerant, tamen *antetulit iræ religionem*, & eos vetuit violari. Neque vero hoc ſolum in Græcia fecit, ut templa deorum ſancta haberet; ſed etiam apud barbaros ſumma religione omnia ſimulacra, araſque conſervavit. Itaque prædicabat, *mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi, qui ſupplicibus deorum nocuiſſent, aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem mimierent, quam qui fana ſpoliarent.*

Poſt hoc prælium, collatum eſt omne bellum circa Corinthum, ideoque Corinthium eſt appellatum. Hîc cum una pugna decem millia hoſtium, Ageſilao duce cecidiſſent, eoque facto opes adverſariorum debilitatæ viderentur; tantum abfuit ab inſolentia gloriæ, ut commiſeratus ſit fortunam Græciæ, quod tam multi à ſe victi, vitio adverſariorum concidiſſent: namque illa multitudine, ſi ſana mens eſſet Græciæ, ſupplicium Perſas dare potuiſſe. Idem cum adverſarios intra mœnia compuliſſet, & ut Corinthum oppugnaret, multi hortarentur; *negavit id ſuæ virtuti convenire. Se enim eum eſſe* dixit, *qui ad officium peccantes redire cogeret, non qui urbes nobiliſſimas expugnaret Græciæ. Nam ſi* (inquit) *eos extinguere voluerimus, qui nobiſcum adverſus barbaros ſteterunt, noſmetipſi nos expugnaverimus, illis quieſcentibus. Quo facto ſine negotio, cum voluerint, nos oppriment.*

Interim accidit illa calamitas apud Leuctra Lacedæmoniis, quo ne proficiſceretur, cum à pleriſque ad eundum premeretur, ut ſi de exitu divinaret, exire noluit. Idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, eſſetque ſine muris oppidum, talem ſe imperatorem præbuit,

buit, ut eo tempore omnibus apparuerit, niſi ille fuiſſet, Spartam futuram non fuiſſe. In quo quidem diſcrimine, celeritas ejus conſilii ſaluti fuit univerſis. Nam cum quidam adoleſcentuli, hoſtium adventu perterriti, ad Thebanos transfugere vellent, & locum extra urbem editum cepiſſent; Ageſilaus, qui pernicioſiſſimum fore videret, ſi animadverſum eſſet, quenquam ad hoſtes transfugere conari, cum ſuis eo venit; atque, ut ſi bono animo feciſſent, laudavit conſilium eorum, quod eum locum occupaſſent; & ſe, id quoque fieri debere, animadvertiſſe. Sic adoleſcentulos ſimulata laudatione recuperavit, & adjunctis de ſuis comitibus, locum tutum reliquit. Namque illi aucto numero eorum, qui experti erant conſilii, commovere ſe non ſunt auſi; eoque libentius, quod latere arbitrabantur, quæ cogitarant.

Sine dubio poſt Leuctricam pugnam Lacedæmonii ſe nunquam refecerunt, neque priſtinum imperium recuperarunt: cum interim Ageſilaus non deſtitit, quibuſcunque rebus poſſet patriam juvare. Nam cum præcipue Lacedæmonii indigerent pecunia, ille omnibus, qui à rege defecerant, præſidio fuit; à quibus magna donatus pecunia, patriam ſublevavit. Atque in hoc illud in primis fuit admirabile, cum maxima munera ei ab regibus, & dynaſtis, civitatibuſque conferrentur; nihil unquam in domum ſuam contulit, nihil de victu, nihil de veſtitu Laconum mutavit. Domo eadem fuit contentus, qua Euryſthenes, progenitor majorum ſuorum fuerat uſus; quam qui intrarat, nullum ſignum libidinis, nullum luxuriæ videre poterat; contra ea, plurima patientiæ, atque abſtinentiæ. Sic enim erat inſtructa, ut nulla in re differret à cujuſvis inopis atque privati.

Atque hic tantus vir, ut naturam fautricem habuerat in tribuendis animi virtutibus, ſic maleficam nactus eſt in corpore, exiguus, & claudus altero pede. Quæ res etiam nonnullam afferebat deformitatem; atque ignoti faciem ejus cum intuerentur, contemnebant; qui autem

virtutem

virtutem noverant, non poterant admirari ſatis. Quod ei uſu venit, cum annorum octoginta ſubſidio Thaco in Ægyptum iſſet, & in actâ cum ſuis accubuiſſet, ſine ullo tecto; ſtratumque haberet tale, ut terra tecta eſſet ſtramentis; neque huc amplius, quam pellis eſſet injecta, eodemque comites omnes accubuiſſent, veſtitu humili, atque obſoleto, ut eorum ornatus non modo in his regem neminem ſignificaret, ſed hominis non beatiſſimi ſuſpicionem præberet. Hujus de adventu fama cum ad regios eſſet perlata, celeriter munera eo cujuſque generis ſunt allata. His quærentibus Ageſilaum, vix fides facta eſt, unum eſſe ex his, qui tum accubabant. Qui, cum regis verbis, quæ attulerant, dediſſent, ille præter vitulina, & ejuſmodi genera obſonii, quæ præſens tempus deſiderabat, nihil accepit; unguenta, coronas, ſecundamque menſam ſervis diſpertiit; cætera referri juſſit. Quo facto eum barbari magis etiam contempſerunt, quod eum ignorantia bonarum rerum illa potiſſimum ſumſiſſe arbitrabantur. Hic cum ex Ægypto reverteretur, donatus à rege Nectanebe ducentis viginti talentis, quæ ille muneri populo ſuo daret; veniſſetque in portum, qui Menelai vocatur, jacens inter Cyrenas & Ægyptum, in morbum implicitus deceſſit. Ibi eum amici, quo Spartam facilius perferre poſſent, quod mel non habebant, cera circumfuderunt, atque ita domum retulerunt. Virg. Æn. 5.

XVIII.

EUMENES.

EUMENES Cardianus. Hujus ſi virtuti par data eſſet fortuna, non ille quidem major, ſed multo illuſtrior, atque etiam honoratior: quod *magnos homines virtute metimur, non fortuna.* Nam cum ætas ejus cecidiſſet in ea tempora, quibus Macedones florerent, multum ei detraxit inter hos viventi, quod alienæ erat civitatis. Neque aliud huic defuit, quam generoſi ſtirps: etſi enim ille domeſtico ſummo genere erat, tamen Macedones eum ſibi aliquando anteponi indigne ferebant; neque tamen non patiebantur: vincebat enim omnes cura, vigilantia, patientia, calliditate, & celeritate ingenii. Hic peradoleſcentulus ad amicitiam acceſſit Philippi Amyntæ filii, brevique tempore in intimam pervenit familiaritatem. Fulgebat enim jam in adoleſcentulo indoles virtutis. Itaque eum habuit ad manum ſcribæ loco: quod multo apud Graios honorificentius eſt, quam apud Romanos. Nam apud nos revera, ſicut ſunt, mercenarii ſcribæ exiſtimantur; at apud illos con-

contrariò nemo ad id officium admittitur, niſi honeſto loco, & fide, & induſtria cognita: quod neceſſe eſt omnium conſiliorum eum eſſe participem. Hunc locum tenuit amicitiæ apud Philippum annos ſeptem. Illo interfecto, eodem gradu fuit apud Alexandrum annos tredecim. Noviſſimo tempore præfuit etiam alteri equitum ilæ, quæ *hetærice* appellabatur. Utrique autem in conſilio ſemper affuit, & omnium rerum habitus eſt particeps.

Alexandro Babylone mortuo, cum regna ſingulis familiaribus diſpertirentur, & ſumma rerum tradita eſſet menda eidem, cui Alexander morieus annulum ſuum derat, Perdiccæ; ex quo omnes conjecerant, eum regnum ei commendaſſe, quoad liberi ejus in ſuam tutelam perveniſſent; (aberat enim Craterus, & Antipater, qui antecedere hunc videbantur: mortuus erat Hephæſtio, quem unum Alexander, quod facile intelligi poſſet, plurimi fecerat:) hoc tempore data eſt Eumeni Cappadocia, ſive potius dicta. Nam tum in hoſtium erat poteſtate. Hunc ſibi Perdiccas adjunxerat magno ſtudio, quod in homine fidem & induſtriam magnam videbat; non dubitans, ſi eum pellexiſſet, magno uſui fore ſibi in his rebus, quas apparabat. Cogitabat enim, quod fere omnes in magnis imperiis concupiſcunt, omnium partes corripere atque complecti. Neque vero hoc ſolus fecit, ſed cæteri quoque omnes, qui Alexandri fuerant amici. Primus Leonnatus Macedoniam præoccupare deſtinaverat. Is multis magniſque pollicitationibus perſuadere Eumeni ſtuduit, ut Perdiccam deſereret, ac ſecum faceret ſocietatem. Cum perducere eum non poſſet, interficere conatus eſt; & feciſſet, niſi ille clam noctu ex præſidiis ejus effugiſſet.

Interim conflata ſunt illa bella quæ ad internecionem poſt Alexandri mortem geſta ſunt, omneſque concurrerunt ad Perdiccam opprimendum. Quem etſi infirmum videbat, quod unus omnibus reſiſtere cogebatur, tamen amicum non deſeruit, neque ſalutis, quam fidei

fuit cupidior. Præfecerat eum Perdiccas ei parti Aſiæ, quæ inter Taurum montem jacet atque Helleſpontum; & illum unum oppoſuerat Europæis adverſariis. Ipſe Ægyptum oppugnatum adverſus Ptolemæum erat profectus. Eumenes cum neque magnas copias, neque firmas haberet, quod & inexercitatæ, & non multo ante erant contractæ; adventare autem dicerentur, Helleſpontumque tranſiſſe Antipater & Craterus magno cum exercitu Macedonum, viri cum claritate tum uſu belli præſtantes; (Macedones vero milites ea tunc erant fama, qua nunc Romani feruntur: etenim *ſemper habiti ſunt fortiſſimi, qui ſumma imperii potirentur*) Eumenes intelligebat, ſi copiæ ſuæ cognoſcerent, adverſus quos ducerentur, non modo non ituras, ſed ſimul cum nuntio dilapſuras. Itaque hoc ejus fuit prudentiſſimum conſilium, ut deviis itineribus milites duceret, in quibus vera audire non poſſent; & his perſuaderet, ſe contra quoſdam barbaros proficiſci. Itaque tenuit hoc propoſitum, & prius in aciem exercitum eduxit, præliumque commiſit, quam milites ſui ſcirent, cum quibus arma conferrent. Effecit etiam illud locorum præoccupatione, ut equitatu potius dimicaret, quo plus valebat, quam peditatu, quo erat deterior.

Quorum acerrimo concurſu cum magnam partem diei eſſet pugnatum, cadit Craterus dux, & Neoptolemus, qui ſecundum locum imperii tenebat. Cum hoc concurrit ipſe Eumenes. Qui cum inter ſe complexi, in terram ex equis decidiſſent, ut facile intelligi poſſet inimica mente contendiſſe, animoq; magis etiam pugnaſſe, quam corpore; non prius diſtracti ſunt, quam alterum anima reliquerit. Ab hoc aliquot plagis Eumenes vulneratur, neque eo magis ex prælio exceſſit, ſed acrius hoſtibus inſtituit. Hîc equitibus profligatis, interfecto duce Cratero, multis præterea, & maxime nobilibus captis, pedeſter exercitus, quod in ea loca erat deductus, ut invito Eumene elabi non poſſet, pacem ab eo petiit; quam cum impetraſſet, in fide non manſit, &

& ſe, ſimul ac potuit, ad Antipatrum recepit. Eumenes Craterum, ex acie ſemivivum elatum, recreare ſtuduit. Cum id non poſſet, pro hominis dignitate, proque priſtina amicitia (namque illo uſus erat, Alexandro vivo, familiariter) amplo funere extulit, oſſaque in Macedoniam uxori ejus ac liberis remiſit.

Hæc dum apud Helleſpontum geruntur, Perdiccas apud flumen Nilum interficitur à Seleuco & Antigono; rerumque ſumma ad Antipatrum defertur. Hîc, qui deſeruerant, exercitu ſuffragium ferente, capitis abſentes damnantur: in his Eumenes. Hac ille perculſus plaga non ſuccubuit, neque eo ſecius bellum adminiſtravit: ſed exiles res animi magnitudinem, etſi non frangebant, tamen minuebant. Hunc perſequens Antigonus, cum omni genere copiarum abundaret, ſæpe in itineribus vexabatur; neque unquam ad manum accedere licebat, niſi his locis, quibus pauci poſſent multis reſiſtere. Sed extremo tempore cum conſilio capi non poſſet, multitudine circumventus eſt. Hinc tamen multis ſuis amiſſis, ſe expedivit, & in caſtellum Phrygiæ, quod Nora appellatur, confugit. In quo cum circumſederetur, & vereretur, ne uno loco manens equos militares perderet, quod ſpatium non eſſet agitandi; callidum fuit ejus inventum, quemadmodum ſtans jumentum calefieri exercerique poſſet, quo libentius & cibo uteretur, & à corporis motu non removeretur. Sublringebat caput loro altius, quam ut prioribus pedibus plane terram poſſet attingere; deinde poſt verberibus, cogebat exſultare, & calces remittere: qui motus non minus ſudorem excutiebat, quam ſi in ſpatio decurreret. Quo factum eſt, quod omnibus mirabile eſt viſum, ut jumenta æque nitida ex caſtello educeret, cum complures menſes in obſidione fuiſſet, ac ſi in campeſtribus ea locis habuiſſet. In hac concluſione, quotieſcunque voluit, apparatum & munitiones Antigoni alias incendit, alias disjecit. Tenuit autem ſe uno loco quamdiu fuit hiems, quod caſtrum ſub dio habere non poterat. Ver appropinquabat:

bat: ſimulata deditione, dum de conditionibus tractat, præfectis Antigoni impoſuit; ſeque ac ſuos omnes extraxit incolumes.

Ad hunc Olympias, mater quæ fuerat Alexandri, cum literas & nuntios miſiſſet in Aſiam conſultum, utrum repetitum Macedoniam veniret (nam tum in Epiro habitabat) & eas res occuparet; huic ille primum ſuaſit, ne ſe moveret & expectaret, quoad Alexandri filius regnum adipiſceretur: ſin aliqua cupiditate raperetur in Macedoniam, omnium injuriarum obliviſceretur, & in neminem acerbiore uteretur imperio. Horum nihil ea fecit. Nam & in Macedoniam profecta eſt, & ibi crudeliſſime ſe geſſit. Petiit autem ab Eumene abſente, ne pateretur, Philippi domus & familiæ inimiciſſimos ſtirpem quoque interimere; ferretque opem liberis Alexandri. Quam veniam ſi daret, quam primum exercitus pararet, quos ſibi ſubſidio adduceret. Id quo facilius faceret, ſe omnibus præfectis, qui in officio manebant, miſiſſe literas ut ei parerent, ejuſque conſiliis uterentur. His rebus Eumenes permotus ſatius duxit, ſi ita tuliſſet fortuna, perire benemeritis referentem gratiam, quam ingratum vivere.

Itaque copias contraxit, bellum adverſus Antigonum comparavit. Quod una erant Macedones complures nobiles, in his Peuceſtes, qui corporis cuſtos fuerat Alexandri, tum autem obtinebat Perſidem; & Antigenes, cujus ſub imperio phalanx erat Macedonum; invidiam verens (quam tamen effugere non potuit) ſi potius ipſe alienigena ſummi imperii potiretur, quam alii Macedonum, quorum ibi erat multitudo; in principiis nomine Alexandri ſtatuit tabernaculum, in eoque ſellam auream cum ſceptro ac diademate juſſit poni, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de ſummis rebus conſilia caperentur: credens minore ſe invidia fore, ſi ſpecie imperii nominiſque ſimulatione Alexandri, bellum videretur adminiſtrare: quod & fecit. Nam cum non ad Eumenis principia, ſed ad regia conveniretur, atque ibi

ibi de rebus deliberaretur; quodammodo latebat: cum tamen per eum unum gererentur omnia.

Hic in Paræacis cum Antigono conflixit, non acie inſtructa, ſed in itinere, eumque male acceptum in Mediam hiematum coëgit redire. Ipſe in finitima regione Perſidis hiematum copias diviſit, non ut voluit, ſed ut militum cogebat voluntas. Namque illa phalanx Alexandri Magni, quæ Aſiam peragraverat, deviceratque Perſas, inveterata cum gloria, tum etiam licentia, non patiebatur ſe ducibus ſed imperare poſtulabat: ut nunc veterani faciunt noſtri. Itaque periculum eſt, ne faciant, quod illi fecerunt ſua intemperantia, nimiaque licentia, ut omnia perdant; neque minus eos cum quibus ſteterint, quam adverſus quos fecerint. Quod ſi quis illorum veteranorum legat facta, paria horum cognoſcat; neque rem ullam niſi tempus, intereſſe judicet. Sed ad illos revertar. Hiberna ſumſerant, non ad uſum belli, ſed ad ipſorum luxuriam; longeque inter ſe diſceſſerant. Hoc Antigonus cum comperiſſet, intelligeretque ſe parem non eſſe paratis adverſariis, ſtatuit aliquid ſibi conſilii novi eſſe capiendum. Duæ erant viæ, qua ex Medis, ubi ille hiemabat, ad adverſariorum hibernacula poſſet perveniri. Quarum brevior per loca deſerta, quæ nemo incolebat propter aquæ inopiam; cæterum dierum erat fere decem. Illa autem, qua omnes commeabant, altero tanto longiorem habebat anfractum; ſed erat copioſa, omniumque rerum abundans. Hac ſi proficiſceretur, intelligebat prius adverſarios reſcituros de ſuo adventu, quam ipſe tertiam partem confeciſſet itineris: ſin per loca ſola contenderet, ſperabat ſe imprudentem hoſtem oppreſſurum. Ad hanc rem conficiendam imperavit quam plurimos utres, atque etiam culleos comparari: poſt hæc pabulum: præterea cibaria cocta decem dierum, neque quam minime fieret ignis in caſtris. Iter quod habebat, omnes celat.

Sic paratus, qua conſtituerat proficiſcitur. Dimidium fere ſpatium confecerat, cum ex fumo caſtrorum ejus, ſuſpi-

ſuſpicio allata eſt ad Eumenem, hoſtem appropinquare. Conveniunt duces, quæritur quid opus ſit facto. Intelligebant omnes tam celeriter copias ipſorum contrahi non poſſe, quam Antigonus affuturus videbatur. Hîc omnibus titubantibus & de rebus ſummis deſperantibus, Eumenes ait, ſi celeritatem velint adhibere, & imperata facere, quod ante non fecerint, ſe rem expediturum. Nam quod diebus quinque hoſtis tranſiſſe poſſet, ſe effecturum, ut non minus totidem dierum ſpatio retardaretur: quare circumirent, ſuas quiſque copias contraheret. Ad Antigoni autem refrenandum impetum tale capit conſilium. Certos mittit homines ad infimos montes, qui obvii erant itineri adverſariorum, hiſque præcepit, ut prima nocte quam latiſſime poſſint, ignes faciant quam maximos; atque hos ſecunda vigilia minuant, tertia perexiguos reddant; & aſſimulata caſtrorum conſuetudine ſuſpicionem injiciant hoſtibus, his locis eſſe caſtra, ac de eorum adventu eſſe prænuntiatum; idemque poſtera nocte faciant. Quibus imperatum erat, diligenter præceptum curant. Antigonus tenebris obortis ignes conſpicatur; credit de ſuo adventu eſſe auditum, & adverſarios illuc ſuas contraxiſſe copias. Mutat conſilium, & quoniam imprudentes adoriri non poſſet, flectit iter ſuum, & illum anfractum longiorem copioſæ viæ capit; ibique diem unum opperitur ad laſſitudinem ſedandam militum, ac reficienda jumenta, quo integriore exercitu decerneret.

Hîc Eumenes callidum imperatorem vicit conſilio, celeritatemque impedivit ejus; neque tamen multum profecit. Nam invidia ducum, cum quibus erat, perfidiaque militum Macedonum veteranorum, cum ſuperior prælio diſceſſiſſet, Antigono eſt deditus, cum exercitus ei ter ante ſeparatis temporibus juraſſet, ſe eum defenſurum nec unquam deſerturum. Sed tanta fuit nonnullorum virtutis obtrectatio, ut fidem amittere mallent, quam eum non prodere. Atque hunc Antigonus, cum ei fuiſſet infeſtiſſimus, conſervaſſet, ſi per ſuos eſſet licitum, quod

ab

ab nullo ſe plus adjuvari poſſe intelligebat in his rebus, quas impendere jam apparebat omnibus. Imminebant enim Seleucus, Lyſimachus, Ptolemæus, opibus jam valentes, cum quibus ei de ſummis rebus erat dimicandum. Sed non paſſi ſunt hi, qui circa erant; quod videbant, Eumene recepto, omnes præ illo parvi futuros. Ipſe autem Antigonus adeo erat incenſus, ut niſi magna ſpe maximarum rerum, leniri non poſſet.

Itaque cum eum in cuſtodiam dediſſet, & præfectus cuſtodum quæſiſſet, *quemadmodum ſervari vellet*; *ut acerrimum*, inquit, *leonem, aut ferociſſimum elephantum*. Nondum enim ſtatuerat, conſervaret eum, nec ne. Veniebat autem ad Eumenem utrumque genus hominum, & qui propter odium fructum oculis ex ejus caſu capere vellent; & qui propter veterem amicitiam colloqui, conſolarique cuperent. Multi etiam qui ejus formam cognoſcere ſtudebant, qualis eſſet, quem tamdiu tamque valde timuiſſent, cujus in pernicie poſitam ſpem habuiſſent victoriæ. At Eumenes, cum diutius in vinculis eſſet, ait Onomarcho, penes quem ſumma imperii erat cuſtodiæ, *ſe mirari quare jam tertium diem ſic teneretur. Non enim hoc convenire Antigoni prudentiæ, ut ſic ſe uteretur victo. Quin aut interfici, aut miſſum fieri juberet.* Hîc cum ferocius Onomarcho loqui videretur, *quid? tu*, inquit, *animo ſi iſto eras, cur non in prælio cecidiſti potius, quam in poteſtatem inimici venires?* Huic Eumenes, *utinam quidem iſtud eveniſſet, ſed eo non accidit, quod nunquam cum fortiore ſum congreſſus. Non enim cum quoquam arma contuli, quin is mihi ſuccubuerit. Non enim virtute hoſtium, ſed amicorum perfidia decidi.* Neque id falſum: nam & dignitate fuit honeſta, & viribus ad laborem ferendum firmis, neque tam magno corpore, quam figura venuſta.

De hoc Antigonus cum ſolus conſtituere non auderet, ad conſilium retulit. Hîc cum plerique omnes primo perturbati admirarentur, non jam de eo ſumtum eſſe ſupplicium, à quo tot annos adeo eſſent male habiti,

biti, ut ſæpe ad deſperationem forent adducti; quique maximos duces interfeciſſet; denique in quo uno eſſet tantum, ut, quoad ille viveret, ipſi ſecuri eſſe non poſſent, interfecto, nihil habituri negotii eſſent: poſtremo, ſi illi redderet ſalutem, quærebant, quibus amicis eſſet uſurus? ſeſe enim cum Eumene apud eum non futuros. Hic cognita conſilii voluntate, tamen uſque ad ſeptimum diem deliberandi ſibi ſpatium reliquit. Tum autem cum jam vereretur, ne qua ſeditio exercitus oriretur, vetuit ad eum quenquam admitti, & quotidianum victum amoveri juſſit: nam negabat ſe ei vim allaturum, qui aliquando fuiſſet amicus. Hic tamen non amplius, quam triduum, fame fatigatus, cum caſtra moverentur, inſciente Antigono, jugulatus eſt à cuſtodibus.

Sic Eumenes annorum quinque & quadraginta, cum ab anno vigeſimo (uti ſupra oſtendimus) ſeptem annos Philippo paruiſſet, & tredecim apud Alexandrum eundem locum obtinuiſſet, in his uni equitum alæ præfuiſſet, poſt autem Alexandri Magni mortem, imperator exercitus duxiſſet, ſummoſque duces partim repuliſſet, partim interfeciſſet; captus non Antigoni virtute, ſed Macedonum perjurio, talem habuit exitum vitæ. De quo quanta fuerit omnium opinio eorum, qui poſt Alexandrum Magnum *reges* ſunt appellati, ex hoc facillime poteſt judicari, quod nemo Eumene vivo *rex* appellatus eſt, ſed *præfectus*. Iidem poſt hujus occaſum, ſtatim regium ornatum nomenque ſumſerunt; neque quod initio prædicarunt, ſe Alexandri liberis regnum ſervare, id præſtare voluerunt; & uno propugnatore ſublato, quid ſentirent, aperuerunt. Hujus ſceleris principes fuerunt Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lyſimachus, Caſſander. Antigonus autem Eumenem mortuum, propinquis ejus ſepeliendum tradidit. Hi militari, honeſtoque funere, comitante toto exercitu, humaverunt; oſſaque ejus in Cappadociam ad matrem atque uxorem liberoſque ejus deportanda curarunt.

XIX. PHO-



XIX.

PHOCION.

PHOCION Athenienſis etſi ſæpe exercitibus præfuit, ſummoſque magiſtratus cepit, tamen multo ejus notior integritas eſt vitæ, quam rei militaris labor. Itaque hujus memoria eſt nulla, illius autem magna fama: ex quo, cognomine *Bonus* eſt appellatus. Fuit enim perpetuo pauper, cum ditiſſimus eſſe poſſet propter frequentes delatos honores, poteſtateſque ſummas, quæ ei à populo dabantur. Hic cum à rege Philippo munera magnæ pecuniæ repudiaret, legatique hortarentur accipere, ſimulque admonerent, ſi ipſe his facile careret, liberis tamen ſuis proſpiceret, quibus difficile eſſet in ſumma paupertate tantam paternam tueri gloriam: his ille, *ſi mei ſimiles erunt, idem hic*, inquit, *agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit: ſin diſſimiles ſunt futuri, nolo meis impenſis illorum ali augerique luxuriam.*

Eidem cum prope ad annum octogeſimum proſpera manſiſſet fortuna, extremis temporibus magnum in

odium pervenit ſuorum civium. Primò cum Demade de urbe tradenda Antipatro, conſenſerat; ejuſque conſilio Demoſthenes cum cæteris, qui bene de republica mereri exiſtimabantur, plebiſcito in exilium erant expulſi. Neque in eo ſolum offenderat, quod patriæ male conſuluerat, ſed etiam quod amicitiæ fidem non præſtiterat. Namque auctus adjutuſque à Demoſthene, eum, quem tenebat, aſcenderat gradum, cum adverſus Charetem eum ſubornaret: ab eodem in judiciis, cum capitis cauſam diceret, defenſus, aliquoties liberatus diſceſſerat. Hunc non ſolum in periculis non defendit, ſed etiam prodidit. Concidit autem maxime uno crimine, quia cum apud eum ſummum eſſet imperium populi, & Nicanorem Caſſandri præfectum inſidiari Piræeo Athenienſium à Dercyllo moneretur; idemque poſtularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur; hîc, audiente populo, Phocion negavit eſſe periculum, ſeque ejus rei obſidem fore pollicitus eſt. Neque ita multo poſt Nicanor Piræeo eſt potitus. Ad quem recuperandum, ſine quo Athenæ omnino eſſe non poſſunt, cum populus armatus concurriſſet, ille non modo neminem ad arma vocavit, ſed ne armatis quidem præeſſe voluit.

Erant eo tempore Athenis duæ factiones: quarum una populi cauſam agebat, altera optimatum. In hac erant Phocion & Demetrius Phalereus. Harum utraque Macedonum patrociniis nitebatur. Nam populares Polyperchonti favebant, optimates cum Caſſandro ſentiebant. Interim à Polyperchonte Caſſander Macedonia pulſus eſt: quo facto populus ſuperior factus, ſtatim duces adverſariæ factionis capitis damnatos patria pepulit: in his Phocionem & Demetrium Phalereum: deque ea re legatos ad Polyperchontem miſit, qui ab eo peterent, ut ſua decreta confirmaret. Huc eodem profectus eſt Phocion. Quo ut venit, cauſam apud Philippum regem verbo, reipſa quidem apud Polyperchontem, juſſus eſt dicere. Namque is tum regis rebus præerat. Hic cum ab Agonide accuſatus eſſet, quod Piræeum Nicanori

Nicanori prodidiſſet, ex conſilii ſententia in cuſtodiam conjectus, Athenas deductus eſt, ut ibi de eo legibus fieret judicium.

Huc ubi perventum eſt, cum propter ætatem pedibus jam non valeret, vehiculoque portaretur, magni concurſus ſunt facti; cum alii reminiſcentes veteris famæ, ætatis miſererentur, plurimi vero ira exacuerentur, propter proditionis ſuſpicionem Piræei; maximeque, quod adverſus populi commoda in ſenectute ſteterat: qua de re ne perorandi quidem ei data eſt facultas, & dicendi cauſam. Inde judicio, legitimis quibuſdam confectis, damnatus, traditus eſt undecim viris, quibus ad ſupplicium, more Athenienſium publice damnati tradi ſolent. Hic cum ad mortem duceretur, obvius ei fuit Emphyletus, quo familiariter fuerat uſus. Is cum lacrymans dixiſſet, *O quam indigna perpeteris Phocion!* huic ille, *at non inopinata*, inquit. *Hunc enim exitum plerique clari viri habuerunt Athenienſes.* In hoc tantum fuit odium multitudinis, ut nemo auſus ſit eum liber ſepelire. Itaque à ſervis ſepultus eſt.

XX. Ti-

XX.

TIMOLEON.

TIMOLEON Corinthius. Sine dubio magnus omnium judicio hic vir extitit. Namque huic uni contigit, quod neſcio an ulli, ut & patriam, in qua erat natus, oppreſſam à tyranno liberaret, & à Syracuſis, quibus auxilio erat miſſus, inveteratam ſervitutem depelleret; totamque Siciliam multos annos bello vexatam, à barbariſque oppreſſam, ſuo adventu in priſtinum reſtitueret. Sed in his rebus non ſimplici fortuna conflictatus eſt, & id quod difficilius putatur, multo ſapientius tulit ſecundam, quam adverſam fortunam. Nam cum frater ejus Timophanes, dux à Corinthiis delectus, tyrannidem per milites mercenarios occupaſſet, particepſque regni poſſet eſſe; tantum abfuit à ſocietate ſceleris, ut antetulerit ſuorum civium libertatem fratris ſaluti; & *patriæ legibus obtemperare ſanctius* duxerit, *quam imperare patriæ*. Hac mente, per haruſpicem communemque affinem, cui ſoror ex eiſdem parentibus nata nupta erat, fratrem tyrannum interficiendum

ciendum curavit. Ipſe non modo manus non attulit, ſed ne aſpicere quidem fraternum ſanguinem voluit. Nam dum res conficeretur, procul in præſidio fuit, ne quis ſatelles poſſet ſuccurrere. Hoc præclariſſimum ejus facinus non pari modo probatum eſt ab omnibus: nonnulli enim læſam ab eo pietatem putabant, & invidia laudem virtutis obterebant. Mater vero poſt id factum, neque domum ad ſe filium admiſit, neque aſpexit, quin eum fratricidam impiumque deteſtans compellaret. Quibus rebus ille adeo eſt commotus, ut nonnunquam vitæ finem facere voluerit, atque ex ingratorum hominum conſpectu morte decedere.

Interim Dione Syraculis interfecto, Dionyſius rurſus Syracuſarum potitus eſt: cujus adverſarii opem à Corinthiis petiverunt, ducemque quo in bello uterentur poſtularunt. Huc Timoleon miſſus incredibili felicitate, Dionyſium tota Sicilia depulit; cum interficere poſſet, noluit; tutoque ut Corinthum perveniret, effecit: quod utrorumque Dionyſiorum opibus Corinthii ſæpe adjuti fuerant. Cujus benignitatis memoriam volebat extare; eamque *præclaram victoriam* ducebat, *in qua plus eſſet clementiæ, quam crudelitatis*: poſtremo, ut non ſolum auribus acciperetur, ſed etiam oculis cerneretur, quem, & ex quanto regno ad quam fortunam detruſiſſet. Poſt Dionyſii deceſſum cum Iceta bellavit, qui adverſatus fuerat Dionyſio, quem non odio tyrannidis diſſenſiſſe, ſed cupiditate, indicio fuit, quod ipſe expulſo Dionyſio imperium dimittere noluit. Hoc ſuperato Timoleon maximas copias Carthaginienſium apud Crimeſſum flumen fugavit; ac ſatis habere coegit, ſi liceret Africam obtinere, qui jam complures annos poſſeſſionem Siciliæ tenebant. Cepit etiam Mamercum, Italicum ducem, hominem bellicoſum & potentem, qui tyrannos adjutum in Siciliam venerat.

Quibus rebus confectis, cum propter diuturnitatem belli non ſolum regiones, ſed etiam urbes deſertas videret, conquiſivit, quos potuit, primum Siculos; deinde Corintho

Corintho arceſſivit colonos, quod ab his initio Syracuſæ erant conditæ. Civibus veteribus ſua reſtituit, novis bello vacuefactis poſſeſſiones diviſit; urbium mœnia disjecta, fanaque deleta refecit; civitatibus leges libertatemque reddidit; ex maximo bello tantum otium toti insulæ conciliavit, ut hic conditor urbium earum, non illi qui initio deduxerunt, videretur. Arcem Syracuſis, quam munierat Dionyſius ad urbem obſidendam, à fundamentis disjecit; cætera tyrannidis propugnacula demolitus eſt, deditque operam ut quam minime multa veſtigia ſervitutis manerent. Cum tantis eſſet opibus, ut etiam invitis imperare poſſet, tantum autem haberet amorem omnium Siculorum, ut nullo recuſante regnum obtineret; *maluit ſe diligi, quam metui.* Itaque cum primum potuit, imperium depoſuit, & privatus Syracuſis, quod reliquum vitæ fuit, vixit. Neque vero id imperite fecit: nam quod cæteri reges imperio vix potuerunt, hic benevolentia tenuit. Nullus honos huic defuit, neque poſtea Syracuſis res ulla geſta eſt publica, de qua prius ſit decretum, quam Timoleontis ſententia cognita. Nullius unquam conſilium non modo antelatum, ſed ne comparatum quidem eſt. Neque id magis benevolentia factum eſt, quam prudentia.

Hic cum ætate jam provectus eſſet, ſine ullo morbo lumina oculorum amiſit: quam calamitatem ita moderate tulit, ut neque eum querentem quiſquam audierit, neque eo minus privatis publiciſque rebus interfuerit. Veniebat autem in theatrum, cum ibi concilium populi haberetur, propter valetudinem vectus jumentis junctis, atque ita de vehiculo, quæ videbantur, dicebat: neque hoc illi quiſquam tribuebat ſuperbiæ. Nihil enim unquam neque inſolens, neque glorioſum, ex ore ejus exiit: qui quidem, cum ſuas laudes audiret prædicari, nunquam aliud dixit, quam ſe in ea re maximas diis gratias agere atque habere, quod cum Siciliam recreare conſtituiſſent, tum ſe potiſſimum ducem eſſe voluiſſent. *Nihil enim rerum humanarum ſine deorum numine agi* putabat.

Itaque

Itaque ſuæ domi ſacellum αὐτοματίας conſtituerat, idque ſanctiſſime colebat. Ad hanc hominis excellentem bonitatem mirabiles acceſſerunt caſus. Nam prælia maxima natali die ſuo fecit omnia: quo factum eſt, ut ejuſdem natalem, feſtum haberet univerſa Sicilia. Huic quidam Laphyſtius, homo petulans & ingratus, vadimonium cum vellet imponere, quod cum illo ſe lege agere diceret, & complures concurriſſent, qui procacitatem hominis manibus coercere conarentur; Timoleon oravit omnes, ne id facerent. Namque id ut Laphyſtio cæteriſque liceret, ſe maximos labores ſummaque adiiſſe pericula. *Hanc enim ſpeciem libertatis eſſe, ſi omnibus, quod quiſque vellet, legibus experiri liceret.* Idem, cum quidam Laphyſtii ſimilis, nomine Demænetus in concione populi, de rebus geſtis ejus detrahere cœpiſſet, ac nonnulla inveheretur in Timoleonta; dixit, *nunc demum ſe voti eſſe damnatum. Namque hæc à diis immortalibus ſemper precatum, ut talem libertatem reſtituerent Syracuſanis, in qua cuivis liceret de quo vellet impune dicere.* Hic cum diem ſupremum obiiſſet, publice à Syracuſanis, in gymnaſio, quod Timoleonteum appellatur, tota celebrante Sicilia, ſepultus eſt.

DE REGIBUS.

HI fere fuerunt Græciæ gentis duces, qui memoria digni videantur, præter Reges. Namque eos attingere noluimus, quod omnium res geſtæ ſeparatim ſunt relatæ: neque tamen hi admodum ſunt multi. Lacedæmonius autem Ageſilaus, nomine, non poteſtate fuit rex, ſicut cæteri Spartani. Ex his vero qui dominatum imperio tenuerunt, excellentiſſimi fuerunt (ut nos judicamus) Perſarum Cyrus, & Darius Hiſtaſpis filius, quorum uterque privatus virtute regnum eſt adeptus. Prior horum apud Maſſagetas in prælio cecidit: Darius ſenectute diem obiit ſupremum. Tres ſunt præ-

terea ejuſdem generis, Xerxes, & duo Artaxerxes, Macrochir & Mnemon. Xerxi maxime eſt illuſtre, quod maximis poſt hominum memoriam exercitibus, terra marique bellum intulit Græciæ. At Macrochir præcipuam habet laudem ampliſſimæ pulcherrimæque corporis formæ, quam incredibili ornavit virtute belli. Namque illo Perſarum nemo fuit manu fortior. Mnemon autem juſtitiæ fama floruit. Nam cum matris ſuæ ſcelere amiſiſſet uxorem, tantum indulſit dolori, ut eum pietas vinceret. Ex his duo eodem nomine, morbo naturæ debitum reddiderunt; tertius ab Artabano præfecto ferro interfectus eſt.

Ex Macedonum autem gente duo multo cæteros anteceſſerunt rerum geſtarum gloria: Philippus Amyntæ filius, & Alexander Magnus. Horum alter Babylone morbo conſumtus eſt. Philippus Ægis à Pauſania, cum ſpectatum ludos iret, juxta Theatrum occiſus eſt. Unus Epirotes, Pyrrhus, qui cum P. R. bellavit. Is cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneſo, lapide ictus interiit. Unus item Siculus, Dionyſius prior. Nam & manu fortis, & belli peritus fuit, &, id quod in tyranno non facile reperitur, minime libidinoſus, non luxurioſus, non avarus, nullius rei denique cupidus, niſi ſingularis perpetuique imperii, ob eamque rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire, nullius pepercit vitæ, quem ejus inſidiatorem putaret. Hic cum virtute tyrannidem ſibi peperiſſet, magna retinuit felicitate, majorque annos ſexaginta natus deceſſit florente regno. Neque in tam multis annis cujuſquam ex ſua ſtirpe funus vidit, cum ex tribus uxoribus liberos procreaſſet, multique ei nati eſſent.

Fuerunt præterea multi Reges ex amicis Alexandri Magni, qui poſt obitum ejus imperia ceperunt. In his Antigonus, & hujus filius Demetrius; Lyſimachus, Seleucus, Ptolemæus. Ex his Antigonus, cum adverſus Seleucum, Lyſimachumque dimicaret, in prælio occiſus eſt. Pari leto affectus eſt Lyſimachus à Seleuco.

Nam

Nam ſocietate diſſoluta, bellum inter ſe geſſerunt. At Demetrius cum filiam ſuam Seleuco in matrimonium dediſſet, neque eo magis fida inter eos amicitia manere potuiſſet, captus bello, in cuſtodia, ſocer generi, periit morbo. Neque ita multo poſt, Seleucus à Ptolemæo Cerauno dolo interfectus eſt; quem ille à patre expulſum Alexandria, alienarum opum indigentem receperat. Ipſe autem Ptolemæus, cum vivus filio regnum tradidiſſet, ab illo eodem vita privatus dicitur. De quibus quoniam ſatis dictum putamus, non incommodum videtur, non præterire Hamilcarem & Hannibalem; quos & animi magnitudine & calliditate, omnes in Africa natos præſtitiſſe conſtat.

XXI.

HAMILCAR.

HAMILCAR, Hannibalis filius cognomine Barcas, Carthaginenſis, primo Punico bello, ſed temporibus extremis, admodum adoleſcentulus in Sicilia præeſſe cœpit exercitui. Cum ante ejus adventum & mari & terra male res gererentur Carthaginenſium, ipſe ubi adfuit, nunquam hoſti ceſſit, neque locum nocendi dedit; ſæpeque è contrario occaſione data laceſſivit, ſemperque ſuperior diſceſſit. Quo facto, cum pene omnia in Sicilia Pœni amiſiſſent, ille Erycem ſic defendit, ut bellum eo loco geſtum non videretur. Interim Carthaginenſes claſſe apud inſulas Ægates à C. Lutatio Conſule Romanorum ſuperati, ſtatuerunt belli finem facere, eamque rem arbitrio permiſerunt Hamilcaris. Ille etſi flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci ſerviendum putavit, quod patriam exhauſtam ſumtibus, diutius calamitates belli ferre non poſſe intelligebat; ſed ita, ut ſtatim mente agitaret, ſi paululum

paululum modo res eſſent refectæ, bellum renovare, Romanoſque armis perſequi, donicum aut vi certe viciſſent, aut victi manum dediſſent. Hoc conſilio pacem conciliavit: in qua tanta fuit ferocia, ut cum Catulus negaret ſe bellum compoſiturum, niſi ille cum ſuis, qui Erycem tenuerunt, armis relictis, Sicilia decederent; ſuccumbente patria, ipſe periturum ſe potius dixerit, quam cum tanto flagitio domum rediret. *Non enim ſuæ eſſe virtutis arma à patria accepta adverſus hoſtes, adverſariis tradere.* Hujus pertinaciæ ceſſit Catulus.

At ille, ut Carthaginem venit, multo aliter ac ſperabat, Rempublicam ſe habentem cognovit. Namque diuturnitate externi mali tantum exarſit inteſtinum bellum, ut nunquam pari periculo fuerit Carthago, niſi cum deleta eſt. Primo mercenarii milites, qui adverſus Romanos fuerant, deſciverunt; quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt Africam, ipſam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo ſunt Pœni perterriti, ut auxilia etiam à Romanis petiverint, eaque impetraverint. Sed extremo, cum prope jam ad deſperationem perveniſſent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non ſolum hoſtes à muris Carthaginis removit, cum amplius centum millia facta eſſent armatorum, ſed etiam eo compulit, ut locorum anguſtiis clauſi, plures fame quam ferro interirent: omnia oppida abalienata, in his Uticam atque Hipponem, valentiſſima totius Africæ, reſtituit patriæ. Neque eo fuit contentus, ſed etiam fines imperii propagavit, tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum viderentur multis annis fuiſſe.

Rebus his ex ſententia peractis, fidenti animo atque infeſto Romanis, quo facilius cauſam bellandi reperiret, effecit, ut imperator cum exercitu Hiſpaniam mitteretur, eoque ſecum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum eo adoleſcens illuſtris, & formoſus, Haſdrubal; quem nonnulli diligi turpius, quam par erat ab Hamilcare, loquebantur. Non enim male-

maledici tanto viro deeſſe poterant. Quo factum eſt, ut à præfecto morum Haſdrubal cum eo vetaretur eſſe. Huic ille filiam ſuam in matrimonium dedit, quod moribus eorum non poterat interdici ſocero gener. De hoc ideo mentionem fecimus, quod Hamilcare occiſo ille exercitui præfuit, reſque magnas geſſit; & princeps largitione vetuſtos pervertit mores Carthaginenſium; ejuſdemque poſt mortem Hannibal ab exercitu accepit imperium.

At Hamilcar poſteaquam mare tranſiit, in Hiſpaniamque venit, magnas res ſecunda geſſit fortuna; maximas bellicoſiſſimaſque gentes ſubegit; equis, armis, viris, pecunia, totam locupletavit Africam. Hic cum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno poſtquam in Hiſpaniam venerat, in prælio pugnans adverſus Vettones occiſus eſt. Hujus perpetuum odium erga Romanos maxime concitaſſe videtur ſecundum bellum Punicum. Namque Hannibal filius ejus, aſſiduis patris obteſtationibus eo eſt perductus, ut interire, quam Romanos non experiri, mallet.

XXII. HAN-

XXII.

HANNIBAL.

HANNIBAL Hamilcaris filius Carthaginenſis. Si verum eſt, quod nemo dubitat, ut populus Romanus omnes gentes virtute ſuperarit, non eſt inficiandum, Hannibalem tanto præſtitiſſe cæteros imperatores prudentia, quanto populus Romanus antecedat fortitudine cunctas nationes. Nam quotieſcunque cum eo congreſſus eſt in Italia, ſemper diſceſſit ſuperior. Quod niſi domi civium ſuorum invidia debilitatus eſſet, Romanos videtur ſuperare potuiſſe. Sed *multorum obtrectatio devicit unius virtutem.* Hic autem velut hæreditate relictum odium paternum erga Romanos ſic confirmavit, ut prius animam, quam id depoſuerit: qui quidem cum patria pulſus eſſet, & alienarum opum indigeret, nunquam deſtiterit animo bellare cum Romanis.

Nam ut omittam Philippum, quem abſens hoſtem reddidit Romanis; omnium his temporibus potentiſſimus

mus rex Antiochus fuit. Hunc tanta cupiditate incendit bellandi, ut uſque à rubro mari arma conatus ſit inferre Italiæ. Ad quem cum legati veniſſent Romani, qui de ejus voluntate explorarent, darentque operam conſiliis clandeſtinis, ut Hannibalem in ſuſpicionem regi adducerent, tanquam ab ipſis corruptum alia atque antea ſentire; neque id fruſtra feciſſent, idque Hannibal comperiſſet, ſeque ab interioribus conſiliis ſegregari vidiſſet; tempore dato adiit regem, eique cum multa de fide ſua & odio in Romanos commemoraſſet, hoc adjunxit: *Pater*, inquit, *meus Hamilcar puerulo me, utpote non amplius novem annos nato, in Hiſpaniam imperator proficiſcens, Carthagine Jovi optimo maximo hoſtias immolavit: quæ divina res dum conficiebatur, quæſivit à me, vellemne ſecum in caſtra proficiſci? Id cum libenter accepiſſem, atque ab eo petere cœpiſſem, ne dubitaret ducere*; tum ille, *faciam*, inquit, *ſi fidem mihi, quam poſtulo, dederis. Simulque ad aram adduxit, apud quam ſacrificare inſtituerat, eamque cæteris remotis, tenentem, jurare juſſit, nunquam me in amicitia cum Romanis fore. Id ego jusjurandum patri datum uſque ad hanc diem ita conſervavi, ut nemini dubium eſſe debeat, quin reliquo tempore eadem mente ſim futurus. Quare ſi quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris, ſi me celaris. Cum quidem bellum parabis, te ipſum fruſtraberis, ſi non me in eo principem poſueris.*

Hac igitur ætate cum patre in Hiſpaniam profectus eſt; cujus poſt obitum Haſdrubale imperatore ſuffecto, equitatui omni præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus ſummam imperii ad eum detulit. Id Carthaginem delatum, publice comprobatum eſt. Sic Hannibal minor quinque & viginti annis natus, imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hiſpaniæ bello ſubegit. Saguntum, fœderatam civitatem, vi expugnavit: tres exercitus maximos comparavit. Ex his unum in Africam miſit, alterum cum Haſdrubale fratre in Hiſpania reliquit, tertium in Italiam ſecum duxit. Saltum Pyre-

næum

næum transiit: quacunque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit: neminem, nisi victum, dimisit. Ad Alpes posteaquam venit, quæ Italiam à Gallia sejungunt, quas nemo unquam cum exercitu ante eum, præter Herculem Graium, transierat, (quo facto is hodie saltus Graius appellatur:) Alpicos conantes prohibere transitum concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecitque, ut ea elephantus ornatus ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat repere. Hac copias traduxit, in Italiamque pervenit.

Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio Scipione Cos. eumque pepulerat. Cum hoc eodem de Clastidio apud Padum decernit, saucium inde ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adversus eum venit. Cum his manum conseruit, utrosque profligavit. Inde per Ligures Apenninum transiit, petens Etruriam. Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextero æque bene usus sit: qua valetudine cum etiam tum premeretur, lecticaque ferretur, C. Flaminium Cos. apud Trasimenum cum exercitu insidiis circumventum occidit: neque multo post C. Centenium prætorem, cum delecta manu saltus occupantem. Hinc in Apuliam pervenit: ibi obviam ei venerunt duo Consules, C. Terentius Varro, & L. Paullus Æmilius. Utriusque exercitus uno prælio fugavit: L. Paullum Consulem occidit, & aliquot præterea Consulares. In his Cn. Servilium Geminum, qui anno superiore fuerat Consul.

Hac pugna pugnata, Romam profectus est nullo resistente. In propinquis urbis montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset, & reverteretur Capuam, Q. Fabius Maximus dictator Rom. in agro Falerno se ei objecit. Hîc, clausus locorum angustiis, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedivit: Fabio callidissimo imperatori dedit verba. Namque obducta nocte, sarmenta in cornibus jumentorum deligata incendit, ejusdem generis multitudinem magnam dispa-

latam immiſit. Quo repentino objectu viſo, tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo ſit auſus. Hanc poſt rem geſtam non ita multis diebus M. Minutium Rufum magiſtrum equitum, pari ac dictatorem imperio, dolo perductum in prælium, fugavit: T. Sempronium Gracchum iterum Conſulem in Lucanis abſens in inſidias inductum ſuſtulit: M. Claudium Marcellum quinquies Conſulem, apud Venuſiam pari modo interfecit. Longum eſt enumerare prælia. Quare hoc unum ſatis erit dictum, ex quo intelligi poſſit, quantus ille fuerit. Quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie reſtitit, nemo adverſus eum poſt Cannenſem pugnam in campo caſtra poſuit.

Hic invictus patriam defenſum revocatus, bellum geſſit adverſus P. Scipionis filium, quem ipſe primum apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat. Cum hoc, exhauſtis jam patriæ facultatibus, cupivit inpræſentiarum bellum componere, quo valentior poſtea congrederetur. In colloquium convenit, conditiones non convenerunt. Poſt id factum paucis diebus apud Zamam cum eodem conflixit; pulſus [incredibile dictu] biduo & duabus noctibus Adrumetum pervenit, quod abeſt à Zama circiter millia paſſuum trecenta. In hac fuga Numidæ, qui ſimul cum eo acie exceſſerant, inſidiati ſunt ei; quos non ſolum effugit, ſed etiam ipſos oppreſſit: Adrumeti reliquos ex fuga collegit, novis delectibus paucis diebus multos contraxit.

Cum in apparando acerrime eſſet occupatus, Carthaginenſes bellum cum Romanis compoſuerunt. Ille nihilo ſecius exercitui poſtea præfuit, reſque in Africa geſſit; itemque Mago frater ejus, uſque ad P. Sulpicium & C. Aurelium Conſules. His enim magiſtratibus legati Carthaginenſes Romam venerunt, qui Senatui Populoque Romano gratias agerent, quod cum his pacem feciſſent, ob eamque rem corona aurea eos donarent, ſimulque peterent, ut obſides eorum Fregellis eſſent, captivique redderentur. His ex Senatus conſulto reſponſum

ſponſum eſt, munus eorum gratum acceptumque eſſe; obſides, quo loco rogarent, futuros; captivos non remiſſuros, quod Hannibalem, cujus opera ſuſceptum bellum foret, inimiciſſimum nomini Romano, & nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fratrem ejus Magonem. Hoc reſponſo Carthaginenſes cognito, Hannibalem domum Magonemque revocarunt. Hic, ut rediit, prætor factus eſt, poſtquam rex fuerat, anno ſecundo & vigeſimo. Ut enim Romæ Conſules, ſic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. In eo magiſtratu pari diligentia ſe Hannibal præbuit, ac fuerat in bello. Namque effecit, ex novis vectigalibus non ſolum ut eſſet pecunia, quæ Romanis ex fœdere penderetur, ſed etiam ſupereſſet, quæ in ærario poneretur. Deinde anno poſt præturam, Marco Claudio, Lucio Furio Coſſ. Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal ſui expoſcendi gratia miſſos ratus, priuſquam his Senatus daretur, navem conſcendit clam, atque in Syriam ad Antiochum profugit. Hac re palam facta, Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, ſi poſſent conſequi, miſerunt; bona ejus publicarunt, domum à fundamentis diſjecerunt, ipſum exulem judicarunt.

Suffeta dict.

At Hannibal anno tertio, poſtquam domo profugerat, L. Cornelio, Quinto Minucio Coſſ. cum quinque navibus Africam acceſſit, in finibus Cyreneorum, ſi forte Carthaginenſes ad bellum, Antiochi ſpe fiduciaque inducere poſſet; cui jam perſuaſerat, ut cum exercitibus in Italiam proficiſceretur. Huc Magonem fratrem excivit. Id ubi Pœni reſciverunt, Magonem eadem, qua fratrem abſentem, pœna affecerunt. Illi deſperatis rebus cum ſolviſſent naves, ac vela ventis dediſſent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria prodita eſt. Namque alii naufragio, alii à ſervis ipſius interfectum eum, ſcripſum reliquerunt. Antiochus autem, ſi tam in agendo bello parere voluiſſet conſiliis ejus, quam in ſuſcipiendo inſtituerat, propius Tiberi quam Thermopylis, de ſumma imperii dimicaſſet.

micaſſet. Quem etſi multa ſtulte conari videbat, tamen nulla deſeruit in re. Præfuit paucis navibus, quas ex Syria juſſus erat in Aſiam ducere, hiſque adverſus Rhodiorum claſſem in Pamphylio mari conflixit. Quo cum multitudine adverſariorum ſui ſuperarentur, ipſe, quo cornu rem geſſit, fuit ſuperior.

Antiocho fugato, verens ne dederetur, (quod ſine dubio accidiſſet, ſi ſui feciſſet poteſtatem,) Cretam ad Gortynios venit, ut ibi quo ſe conferret, conſideraret. Vidit autem vir omnium callidiſſimus, magno ſe fore periculo, niſi quid prævidiſſet, propter avaritiam Cretenſium. Magnam enim ſecum pecuniam portabat, de qua ſciebat exiſſe famam. Itaque capit tale conſilium. Amphoras complures complet plumbo, ſummas operit auro & argento: has Gortyniis præſentibus deponit in templo Dianæ, ſimulans, ſe ſuas fortunas illorum fidei credere. His in errorem ductis, ſtatuas æneas, quas ſecum portabat, omnes ſua pecunia complet, eaſque in propatulo domi abjicit. Gortynii templum magna cura cuſtodiunt, non tam à cæteris, quam ab Hannibale, ne quid ille, inſcientibus his, tolleret, ſecumque aſportaret.

Sic conſervatis ſuis rebus Pœnus, illuſis Cretenſibus omnibus, ad Pruſiam in Pontum pervenit; apud quem eodem animo fuit erga Italiam; neque aliud quicquam egit, quam regem armavit & excitavit adverſus Romanos. Quem cum videret domeſticis rebus minus eſſe robuſtum, conciliabat cæteros Reges, adjungebatque bellicoſas nationes. Diſſidebat ab eo Pergamenus rex Eumenes, Romanis amiciſſimus, bellumque inter eos gerebatur & mari & terra; quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi. Sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum ſocietatem; quem ſi removiſſet, faciliora ſibi cætera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. Claſſe paucis diebus erant decertaturi: ſuperabatur navium multitudine: dolo erat pugnandum, cum par non eſſet armis. Imperavit quam plurimas venenatas ſerpentes vivas colligi, eaſque in

in vaſa fictilia conjici. Harum cum confeciſſet magnam multitudinem, die ipſo, quo facturus erat navale prælium claſſiarios convocat, hiſque præcipit, omnes ut in unam Eumenis Regis concurrant navem, à cæteris tantum ſatis habeant ſe defendere: id facile illos ſerpentium multitudine conſecuturos: Rex autem qua nave veheretur, ut ſcirent, ſe facturum; quem ſi aut cepiſſent, aut interfeciſſent, magno his pollicetur præmio fore.

Tali cohortatione militum facta, claſſis ab utriſque in prælium deducitur. Quarum acie conſtituta, priuſquam ſignum pugnæ daretur, Hannibal, ut palam faceret ſuis, quo loco Eumenes eſſet, tabellarium in ſcapha cum caduceo mittit; qui ubi ad naves adverſariorum pervenit, epiſtolam oſtendens, ſe regem profeſſus eſt quærere. Statim ad Eumenem deductus eſt, quod nemo dubitabat aliquid de pace eſſe ſcriptum. Tabellarius ducis nave declarata ſuis, eodem unde ierat, ſe recepit. At Eumenes ſoluta epiſtola nihil in ea reperit, niſi quod ad irridendum eum pertineret. Cujus etſi cauſam mirabatur, neque reperiebatur, tamen prælium ſtatim committere non dubitavit. Horum in concurſu Bithyni, Hannibalis præcepto, univerſi navem Eumenis adoriuntur; quorum vim cum Rex ſuſtinere non poſſet, fuga ſalutem petiit; quam conſecutus non eſſet, niſi intra ſua præſidia ſe recepiſſet, quæ in proximo litore erant collocata. Reliquæ Pergamenæ naves cum adverſarios premerent acrius, repente in eas vaſa fictilia, de quibus ſupra mentionem fecimus, conjici cœpta ſunt; quæ jacta initio riſum pugnantibus excitarunt, neque, quare id fieret, poterat intelligi. Poſtquam autem naves completas conſpexerunt ſerpentibus, nova re perterriti, cum quid potiſſimum vitarent non viderent, puppes averterunt, ſeque ad ſua caſtra nautica retulerunt. Sic Hannibal conſilio arma Pergamenorum ſuperavit; neque tum ſolum, ſed ſæpe alias pedeſtribus copiis pari prudentia pepulit adverſarios.

Quæ

Quæ dum in Aſia geruntur, accidit caſu, ut legati Pruſiæ Romæ apud L. Quintium Flaminium Conſulem cœnarent, atque ibi de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret, eum in Pruſiæ regno eſſe. Id poſtero die Flaminius Senatui detulit. Patres Conſcripti, qui Hannibale vivo nunquam ſe ſine inſidiis futuros exiſtimabant, legatos in Bithyniam miſerunt, in his Flaminium, qui à Rege peterent, ne inimiciſſimum ſuum ſecum haberet, ſibique ut dederet. His Pruſias negare auſus non eſt: illud recuſavit, ne id à ſe fieri poſtularent, quod adverſus jus hoſpitii eſſet: ipſi ſi poſſent, comprehenderent: locum ubi eſſet facile inventuros. Hannibal enim uno loco ſe tenebat in caſtello, quod ei ab Rege datum erat muneri; idque ſic ædificarat, ut in omnibus partibus ædificii exitus haberet, ſemper verens, ne uſu veniret, quod accidit. Huc cum legati Romanorum veniſſent, ac multitudine domum ejus circumdediſſent, puer ab janua proſpiciens Hannibali dixit, plures præter conſuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei, ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere ſibi renuntiaret, num eodem modo undique obſideretur. Puer cum celeriter, quid eſſet, renuntiaſſet, omneſque exitus occupatos oſtendiſſet; ſenſit id non fortuito factum, ſed ſe peti, neque ſibi diutius vitam eſſe retinendam: quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor priſtinarum virtutum, venenum, quod ſemper ſecum habere conſueverat, ſumſit.

Sic vir fortiſſimus, multis variiſque perfunctus laboribus, anno acquievit ſeptuageſimo. Quibus conſulibus interierit, non convenit. Nam Atticus, Marco Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coſſ. mortuum in annali ſuo ſcriptum reliquit. At Polybius L. Æmilio Paullo, & Cn. Bæbio Tamphilo: Sulpitius autem, P. Cornelio Cethego, M. Bæbio Tamphilo. Atque hic tantus vir tantiſque bellis diſtrictus, nonnihil temporis tribuit literis. Namque aliquot ejus libri ſunt Græco ſermone confecti: in his ad Rhodios de Cn. Manlii Vulſonis in

in Asia rebus gestis. Hujus bella multi memoriæ prodiderunt: sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Philænius, & Sosilus Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal literarum Græcarum usus est doctore. Sed nunc tempus est hujus libri facere finem, & Romanorum explicare Imperatores, quo facilius collatis utrorumque factis, qui viri præferendi sint, possit judicari.

M. Por-

M. Porcius Cato.

Fragmentum

Quod ex Lib. *Corn. Nep.* Posteriore *ſupereſt.*

Cato ortus municipio Tuſculo, adoleſcentulus, priuſquam honoribus operam daret, verſatus eſt in Sabinis; quod ibi hæredium à patre relictum habebat. Hortatu L. Valerii Flacci, quem in Conſulatu cenſuraque habuit collegam, (ut M. Perpenna Cenſorinus narrare ſolitus eſt,) Romam demigravit; in foroque eſſe cœpit. Primum ſtipendium meruit annorum decem ſeptemque: Q. Fabio Maximo, M. Claudio Marcello Coſſ. tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, caſtra ſecutus eſt C. Claudii Neronis, magnique ejus opera æſtimata eſt in prælio apud Senam, quo cecidit Haſdrubal frater Hannibalis. Quæſtor obtigit P. Cornelio Scipioni Africano, conſuli: cum quo non pro ſortis neceſſitudine vixit. Namque ab eo perpetua diſſenſit vita. Ædilis pl. factus eſt cum C. Helvio. Prætor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua quæſtor ſuperiore tempore

tempore ex Africa decedens, Q. Ennium Poëtam deduxerat: quod non minoris exiſtimamus, quam quemlibet ampliſſimum Sardinienſem triumphum.

Conſulatum geſſit cum L. Valerio Flacco, ſorte provinciam nactus Hiſpaniam citeriorem; exque ea triumphum deportavit. Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africanus Conſul iterum, cujus in priore Conſulatu Quæſtor fuerat, voluit eum de provincia depellere, & ipſe ei ſuccedere; neque hoc per Senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in Civitate principatum obtineret: quod tum non *potentia*, ſed *jure* Reſpubl. adminiſtrabatur. Qua ex re iratus, Senatu peracto, privatus in urbe manſit. At Cato, Cenſor cum eodem Flacco factus, ſevere præfuit ei poteſtati. Nam & in complures nobiles animadvertit, & multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare. Circiter annos octoginta uſq; ad extremam ætatem, ab adoleſcentia, Reipubl. cauſa ſuſcipere inimicitias non deſtitit: à multis tentatus non modo *nullum detrimentum exiſtimationis fecit*, ſed *quoad vixit, virtutum laude crevit.*

In omnibus rebus ſingulari fuit prudentia & induſtria. Nam & agricola ſolers, & Reipubl. peritus, & Juriſconſultus, & magnus Imperator, & probabilis Orator, & cupidiſſimus literarum fuit. Quarum ſtudium etſi ſenior arripuerat, tamen tantum in eis progreſſum fecit, ut non facile reperire poſſis, neque de Græcis, neque de Italicis rebus, quod ei fuerit incognitum. Ab adoleſcentia confecit orationes: ſenex ſcribere hiſtorias inſtituit, quarum ſunt libri ſeptem. Primus continet res geſtas Regũm Pop. Rom. Secundus & tertius, unde quæque civitas orta ſit Italica: ob quam rem omnes *Origines* videtur appellaſſe. In quarto autem bellum Punicum primum: in quinto ſecundum. Atque hæc omnia capitulatim ſunt dicta. Reliqua bella pari modo perſecutus eſt, uſque ad præturam Ser. Galbæ, qui diripuit Luſitanos. Atque horum bellorum duces non nominavit,

minavit, ſed ſine nominibus res notavit. In iiſdem expoſuit quæ in Italia Hiſpaniiſque viderentur admiranda. In quibus multa induſtria & diligentia comparet, multa doctrina. Hujus de vita & moribus plura in eo libro perſecuti ſumus, quem ſeparatim de eo fecimus, rogatu Titi Pomponii Attici. Quare ſtudioſos Catonis ad illud volumen relegamus.

VITA



VITA
T. POMPONII ATTICI,

Ex CORNELIO NEPOTE.

POMPONIUS ATTICUS, ab origine ultima ſtirpis Romanæ generatus, perpetuo a majoribus acceptam equeſtrem obtinuit dignitatem. Patre uſus eſt diligente, indulgente, & ut tum erant tempora, diti, imprimiſque ſtudioſo literarum. Hic prout ipſe amabat literas, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri debet, filium erudivit. Erat autem in puero, præter docilitatem ingenii, ſumma ſuavitas oris ac vocis, ut non ſolum celeriter arriperet quæ tradebantur, ſed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re, in pueritia, nobilis inter æquales ferebatur, clariuſque explendeſcebat, quam generoſi condiſcipuli animo æquo ferre poſſent. Itaque incitabat omnes ſtudio ſuo: quo in numero fuerunt L. Torquatus, C. Marius C. filius, M. Cicero: quos conſuetudine ſua ſic ſibi devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

Pater mature deceſſit: ipſe adoleſcentulus, propter affinitatem P. Sulpicii, qui Tribunus pleb. interfectus eſt, non expers fuit illius periculi. Namque Anicia Pomponii conſobrina nupſerat M. Servio, fratri P. Sulpicii. Itaque interfecto P. Sulpicio, poſteaquam vidit, Cinnano tumultu civitatem eſſe perturbatam, neque ſibi dari facultatem pro dignitate vivendi, quin alterutram partem offenderet, diſſociatis animis civium, cum alii Syllanis, alii Cinnanis faverent partibus; idoneum tempus ratus ſtudiis obſequendi ſuis, Athenas ſe contulit: neque eo ſecius adoleſcentem Marium hoſtem judicatum, juvit opibus ſuis: cujus fugam pecunia ſublevavit. Ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari, eodem magnam partem fortunarum trajecit ſuarum. Hic ita vixit, ut univerſis Athenienſibus merito eſſet cariſſimus. Nam, præter gratiam, quæ jam adoleſcentulo magna erat, ſæpe ſuis opibus inopiam eorum publicam levavit. Quum enim verſuram facere publice neceſſe eſſet, neque ejus conditionem æquam haberent; ſemper ſe interpoſuit, atque ita, ut neque uſuram unquam ab iis acceperit, neque longius quam dictum eſſet, eos debere paſſus ſit. Quod utrumque erat iis ſalutare. Nam neque indulgendo inveteraſcere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis uſuris creſcere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam univerſos frumento donavit, ita ut ſingulis ſex modii tritici darentur: qui modus menſuræ, *medimnus* Athenis appellatur.

Hic autem ſic ſe gerebat, ut communis infimis, par principibus videretur. Quo factum eſt, ut huic omnes honores, quos poſſent, publice haberent, civemque facere ſtuderent. Eo beneficio ille uti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, amitti civitatem Romanam alia adſcita. Quamdiu affuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit; abſens prohibere non potuit. Itaque *aliquod ipſi, & Piliæ' locis ſanctiſſimis poſuerunt: hunc enim in omni procuratione Reipubl. actorem auctoremque habebant.

habebant. Igitur primum illud munus fortunæ, quod in ea potiſſimum urbe natus eſt, in qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii, * ut eandem & patriam haberet & dominam; hoc ſpecimen prudentiæ, quod cum in eam civitatem ſe contuliſſet, quæ antiquitate, humanitate, doctrina præſtaret omnes, ei unus ante alios fuerit cariſſimus.

Huc ex Aſia Sylla decedens cum veniſſet, quam diu ibi fuit, ſecum habuit Pomponium, captus adoleſcentis & humanitate, & doctrina. Sic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem ſuavitas erat ſermonis Latini, ut appareret, in eo nativum quendam leporem eſſe, non adſcitum. Idem Poëmata pronuntiabat & Græce & Latine ſic, ut ſupra nihil poſſet addi. Quibus rebus factum eſt, ut Sylla nuſquam eum ab ſe dimitteret, cuperetque ſecum deducere. Cui cum perſuadere tentaret, *noli, oro te* (inquit Pomponius) *adverſum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui.* At Sylla adoleſcentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiſcens juſſit deferri. Hîc complures annos moratus, cum & rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut literis, aut Athenienſium Reipubl. tribueret; nihilominus amicis urbana officia præſtitit. Nam & ad comitia eorum ventitavit, & ſi qua res major acta eſt, non defuit, ſicut Ciceroni in omnibus ejus periculis ſingularem fidem præbuit: cui ex patria fugienti H. S. ducenta & quinquaginta millia donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta & L. Torquato Coſſ. quem diem ſic univerſa civitas Athenienſium proſecuta eſt, ut lacrymis deſiderii futuri dolorem indicaret.

Habebat avunculum Q. Cæcilium, equitem Rom. familiarem L. Luculli, divitem, difficillima natura. Cujus ſic aſperitatem veritus eſt, ut, quem nemo ferre poſſet, hujus ſine offenſione ad ſummam ſenectutem retinuerit bene-

benevolentiam: quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens, teſtamento adoptavit eum, hæredemque fecit ex dodrante, ex qua hæreditate accepit circiter centies H. S. Erat nupta ſoror Attici Q. Tullio Ciceroni; eaſque nuptias M. Cicero conciliarat. Cum quo à condiſcipulatu vivebat conjunctiſſime, multo etiam familiarius, quam cum Quinto: ut judicari poſſit *plus in amicitia valere ſimilitudinem morum, quam affinitatem.* Utebatur autem intime Q. Hortenſio, qui iis temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intelligi non poſſet, uter eum plus diligeret, Cicero an Hortenſius; & id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut *inter quos* tantæ *laudis* eſſet *æmulatio, nulla intercederet obtrectatio,* eſſetque talium virorum copula.

In Republ. ita verſatus eſt, ut ſemper *optimarum partium & eſſet, & exiſtimaretur*; neque tamen ſe *civilibus fluctibus* committeret; *quod non magis eos in ſua poteſtate* exiſtimabat *eſſe, qui ſe iis dediſſent, quam qui maritimis jactarentur. Honores non petiit,* cum ei paterent, propter vel gratiam, vel dignitatem; quod *neque peti more majorum, neque capi poſſent conſervatis legibus, in* tam *effuſis ambitus largitionibus, neque geri ſine periculo, corruptis civitatis moribus.* Ad haſtam publicam nunquam acceſſit; nullius rei neque præs, neque mancèps factus eſt; neminem neque ſuo nomine, neque ſubſcribens, accuſavit; in jus de ſua re nunquam iit; judicium nullum habuit. Multorum conſulum prætorumque præfecturas delatas ſic accepit, ut neminem in provinciam ſit ſecutus; honore fuerit contentus, rei familiaris deſpexerit fructum; qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Aſiam, cum apud eum legati locum obtinere poſſet. Non enim decere ſe arbitrabatur cum præturam gerere noluiſſet, aſſeclam eſſe prætoris. Qua in re non ſolum dignitati ſerviebat, ſed etiam tranquillitati, cum *ſuſpiciones* quoque *vitaret criminum*: quo fiebat, ut ejus *obſervantia omnibus* eſſet *carior, cum eam officio, non timori neque ſpei tribui viderent.*

Incidit

Incidit Cæſarianum civile bellum, cum haberet annos circiter ſexaginta. Uſus eſt ætatis vacatione, neque ſe quoquam movit ex urbe. Quæ amicis ſuis opus fuerant ad Pompeium proficiſcentibus, omnia ex ſua re familiari dedit: ipſum Pompeium non junctus non offendit. Nullum enim ab eo habebat ornamentum, ut cæteri, qui per eum aut honores, aut divitias ceperant; quorum partim invitiſſimi caſtra ſunt ſecuti, partim ſumma cum ejus offenſione, domi remanſerunt. Attici autem quies, tantopere Cæſari fuit grata, ut victor cum privatis pecunias per epiſtolas imperaret, huic non ſolum moleſtus non fuerit, ſed etiam ſororis filium & Q. Ciceronem ex Pompeii caſtris conceſſerit. Sic *vetere inſtituto vitæ, effugit nova pericula.*

Secutum eſt illud occiſo Cæſare, cum Reſpubl. penes Brutos videretur eſſe, & Caſſium, ac tota civitas ſe ad eum convertiſſe videretur; ſic M. Bruto uſus eſt, ut nullo ille adoleſcens æquali familiarius, quam hoc ſene: neque ſolum eum principem conſilii haberet, ſed etiam in convictu. Excogitatum eſt à quibuſdam, ut privatum ærarium, Cæſaris interfectoribus ab Equitibus Rom. conſtitueretur. Id facile effici poſſe arbitrati ſunt, ſi & Principes illius ordinis pecunias contuliſſent. Itaque appellatus eſt à C. Flavio Bruti familiari Atticus, ut ejus rei princeps eſſe vellet. At ille, qui *officia amicis præſtanda ſine factione* exiſtimaret, ſemperque à talibus ſe conſiliis removiſſet; reſpondit, ſi quid Brutus de ſuis facultatibus uti voluiſſet, uſurum quantum eæ paterentur: ſe neque cum quoquam de ea re collocuturum, neque coiturum. Sic ille *conſenſionis globus* hujus *unius diſſenſione disjectus eſt.* Neque multo poſt ſuperior eſſe cœpit Antonius, ita ut Brutus & Caſſius Provinciarum, quæ iis * dicis cauſa* datæ erant à Conſulibus, deſperatis rebus, in exilium proficiſcerentur. Atticus, qui pecuniam ſimul cum cæteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto Italiaque cedenti H. S. centum millia muneri miſit: eidem in Epiro abſens,

ſens, trecenta juſſit dari: neque eo magis potenti adulatus eſt Antonio, neque deſperatos reliquit.

Secutum eſt bellum geſtum apud Mutinam. In quo ſi tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam prædicem, cum ille potius divinus fuerit; (ſi divinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas, quæ nullis caſibus augetur, neque minuitur.) Hoſtis Antonius judicatus, Italia ceſſerat, ſpes reſtituendi nulla erat. Non ſolum ejus inimici, qui tum erant potentiſſimi & plurimi, ſed etiam amici adverſariis ejus ſe dabant; & in eo lædendo ſe aliquam conſecuturos ſperabant commoditatem: Antonii familiares inſequebantur, uxorem Fulviam omnibus rebus ſpoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus cum Ciceronis intima familiaritate uteretur, amiciſſimus eſſet Bruto, non modo nihil iis indulſit ad Antonium violandum, ſed è contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, texit; quibus rebus indiguerunt, adjuvit: P. vero Volumnio ea tribuit, ut plura à parente proficiſci non potuerint. Ipſi autem Fulviæ cum litibus diſtineretur, magniſque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium ſuum præſtitit, ut nullum illa ſtiterit vadimonium ſine Attico, hic ſponſor omnium rerum fuerit. Quinetiam, cum illa fundum ſecunda fortuna emiſſet in diem, neque poſt calamitatem verſuram facere potuiſſet; ille ſe interpoſuit, pecuniamque ſine fœnore, ſineque ulla ſtipulatione ei credidit: *maximum* exiſtimans *quæſtum, memorem gratumque cognoſci, ſimulque aperire, ſe non fortunæ, ſed hominibus ſolere eſſe amicum*: quæ cum faciebat, nemo eum temporis cauſa facere poterat exiſtimare. Nemini enim in opinionem veniebat, Antonium rerum potiturum. Sed ſenſus ejus à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odiſſe malos cives videretur.

Ille autem ſui judicii, *potius quid ſe facere par eſſet, intuebatur, quam quid alii laudaturi forent.* Converſa ſubito fortuna eſt. Ut Antonius rediit in Italiam, nemo non

non magno in periculo Atticum futurum putarat, propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaque ad adventum imperatorum de foro decesserat, timens proscriptionem; latebatque apud P. Volumnium, cui, ut ostendimus paulo ante, opem tulerat; (*tanta varietas* iis temporibus fuit *fortunæ, ut modo hi, modo illi in summo* essent *aut fastigio, aut periculo*) habebatque secum Q. Gellium Canium, æqualem, simillimumque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo cognoverat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, ut non solum ei, sed omnibus etiam ejus amicis esset inimicus, eosque vellet proscribere; multis hortantibus tamen, Attici memor fuit officii, & ei, cum requisisset ubinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimque ad se veniret: se eum, & Gellium Canium de proscriptorum numero exemisse. Ac, ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat, præsidium ei misit. Sic Atticus in summo timore non solum sibi, sed etiam ei, quem cariſſimum habebat, præsidio fuit: *neque* enim *suæ solum cuiquam auxilium petiit salutis, sed conjunctim*; ut appareret nullam sejunctam sibi ab eo velle esse fortunam. Quod si gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme marique scopuloso servat; cur non singularis ejus existimetur prudentia, qui ex tot, tamque gravibus procellis civilibus, ad incolumitatem pervenit?

Quibus *ex malis ut se emersit, nihil aliud egit, quam ut plurimis*, quibus rebus posset, *esset auxilio*. Cum proscriptos præmiis imperatorum vulgus conquireret, nemo in Epirum venit, cui res ulla defuerit. Nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est. Quin etiam post prælium Philippense, interitumque C. Cassii & M. Bruti, L. Julium Mocillam prætorium, & ejus filium, Aulumque Torquatum, cæterosque pari fortuna perculsos, instituit tueri; atque ex Epiro his omnia Samothraciam supportari jussit: difficile enim est omnia per-

ſequi, & non neceſſaria. Illud unum intelligi volumus, *illius liberalitatem, neque temporariam, neque callidam fuiſſe.* Id ex ipſis rebus ac temporibus judicari poteſt, quod non florentibus ſe venditavit, ſed afflictis ſemper ſuccurrit. Qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus poſt mortem ejus, quam florentem, coluerit. Sic liberalitate utens, nullas inimicitias geſſit, quod *neque lædebat quenquam, neque ſi quam injuriam acceperat, non malebat oblivi ſci, quam ulciſci.* Idem *immortali memoria percepta retinebat beneficia: quæ* autem *ipſe tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat.* Itaque hic fecit, ut vere dictum videatur; *Sui cuique mores fingunt fortunam. Neque* tamen *prius* ille *fortunam*, quam *ſe* ipſe *finxit*; qui cavit ne qua in re jure plecteretur.

His igitur rebus effecit, ut M. Vipſanius Agrippa, intima familiaritate conjunctus adoleſcenti Cæſari, cum propter ſuam gratiam & Cæſaris potentiam, nullius conditionis non haberet poteſtatem, potiſſimum ejus diligeret affinitatem, præoptaretque Equitis Romani filiam generoſam nuptiis. Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non eſt enim celandum) M. Antonius triumvir Reipubl. conſtituendæ: *cujus gratia, cum augere poſſet poſſeſſiones ſuas, tantum abfuit à cupiditate pecuniæ, ut nulla in re uſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis.* Quod quidem ſub illa proſcriptione perilluſtre fuit. Nam cum L. Saufeii Equitis Romani, æqualis ſui, qui complures annos ſtudio ductus Philoſophiæ, Athenis habitabat, habebatque in Italia pretioſas poſſeſſiones, triumviri bona vendidiſſent, conſuetudine ea qua tum res gerebantur; Attici labore atque induſtria factum eſt, ut eodem nuntio Saufeius fieret certior, ſe patrimonium amiſiſſe & recuperaſſe. Idem L. Julium Calidium, quem poſt Lucretii Catullique mortem, multo elegantiſſimum Poëtam noſtram tuliſſe ætatem, vere videor poſſe contendere; neque minus virum bonum, optimiſque artibus eruditum, poſt proſcriptionem

ſcriptionem equitum, propter magnas ejus Africanas poſſeſſiones, in proſcriptorum numerum à P. Volumnio præfecto fabrum Antonii, abſentem relatum, expedivit. Quod in præſenti utrum ei laborioſius, an glorioſius fuerit, difficile fuit judicare: quod *in* eorum *periculis, non ſecus abſentes, quam præſentes amicos* Attico *eſſe curæ cognitum eſt.*

Neque vero minus ille vir, *bonus paterfamilias* habitus eſt, quam *civis*. Nam cum eſſet *pecunioſus*, nemo illo minus fuit *emax*, minus *ædificator*. Neque tamen non in primis bene habitavit, omnibuſque optimis rebus uſus eſt. Nam domum habuit in colle Quirinali Tamphilanam, ab avunculo hæreditate relictam; cujus amœnitas non ædificio, ſed ſilva conſtabat. Ipſum enim tectum antiquitus conſtitutum *plus ſalis*, quam *ſumtus* habebat: in quo nihil commutavit, niſi ſi quid vetuſtate coactus eſt. Uſus eſt familia, ſi utilitate judicandum eſt, optima; ſi forma, vix mediocri. Namque in ea erant pueri literatiſſimi, anagnoſtæ optimi, & plurimi librarii; ut ne pene pediſequus quidem quiſquam eſſet, qui non utrumque horum pulchre facere poſſet. Pari modo artifices cæteri, quos cultus domeſticus deſiderat, apprime boni; neque tamen horum quemquam, niſi domi natum, domique factum habuit: quod eſt ſignum non ſolum continentiæ, ſed etiam diligentiæ. Nam & *non intemperanter concupiſcere, quod à plurimis videas, continentis debet duci*; *& potius diligentia, quam pretio, parare, non mediocris eſt induſtriæ*. Elegans, *non magnificus*; ſplendidus, *non ſumtuoſus*; omni diligentia munditiem, *non affluentiam* affectabat. Supellex modica, *non multa*, ut in neutram partem conſpici poſſet. Nec hoc præteribo, (quanquam nonnullis leve viſum iri putem) cum imprimis lautus eſſet Eques Rom. & non parum liberaliter domum ſuam omnium ordinum homines invitaret; ſcimus non amplius, quam terna millia æris, peræque in ſingulos menſes, ex Ephemeride eum expenſum ſumtui ferri ſolitum. Atque hoc non auditum,

ſed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem, domeſticis rebus interfuimus.

Nemo in convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnoſten: quod nos quidem jucundiſſimum arbitramur. Neque unquam ſine aliqua lectione apud eum cœnatum eſt; *ut non minus animo, quam ventre convivæ delectarentur.* Namque eos vocabat, quorum mores à ſuis non abhorrerent. Cum tanta pecuniæ facta eſſet acceſſio, nihil de quotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ conſuetudine; tantaque uſus eſt moderatione, ut neque in ſeſtertio vicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendide geſſerit; neque in ſeſtertio centies affluentius vixerit, quam inſtituerat, *parique faſtigio ſteterit in utraque fortuna.* Nullos habuit hortos, nullam ſuburbanam, aut maritimam ſumtuoſam villam, neque in Italia, præter Ardeatinum & Nomentanum, ruſticum prædium; omniſque ejus pecuniæ reditus conſtabat in Epiroticis & urbanis poſſeſſionibus. Ex quo cognoſci poteſt, eum, *uſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri* ſolitum.

Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. Itaque *ejus comitas, non ſine ſeveritate* erat; *neque gravitas ſine facilitate*; ut difficile eſſet intellectu, utrum eum *amici* magis *vererentur*, an *amarent.* Quicquid rogabatur, *religioſe promittebat*; quod *non liberalis ſed levis* arbitrabatur, *polliceri quod præſtare non poſſet.* Idem in nitendo quod ſemel admiſiſſet, tanta erat cura, ut non mandatam, ſed ſuam rem videretur agere. *Nunquam ſuſcepti negotii eum pertæſum eſt.* Suam enim *exiſtimationem in ea re agi* putabat: *qua nihil* habebat *carius.* Quo fiebat, ut omnia M. & Q. Ciceronum, Marii, Catonis, Q. Hortenſii, Auli Torquati, multorum præterea Equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo judicari poterat, non *inertia* ſed *judicio* fugiſſe Reipubl. procurationem.

Humanitatis vero nullum afferre majus teſtimonium poſſum, quam quod *adoleſcens* idem *ſeni* Syllæ fuerit *jucun-*

jucundiſſimus, ſenex, adoleſcenti M. Bruto: cum æqualibus autem ſuis, Q. Hortenſio & M. Cicerone ſic vixerit, ut judicari difficile ſit, cui ætati fuerit aptiſſimus: quanquam eum præcipue dilexit Cicero, ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. Ei rei ſunt indicio, præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt editi, ſexdecim volumina epiſtolarum, ab Conſulatu ejus uſque ad extremum tempus, ad Atticum miſſarum: quæ qui legat, non multum deſideret hiſtoriam contextam illorum temporum. Sic enim omnia de ſtudiis principum, vitiis ducum, ac mutationibus Reipubl. perſcripta ſunt, ut nihil in his non appareat; & facile exiſtimari poſſit, *prudentiam* quodammodo *eſſe divinationem.* Non enim Cicero ea ſolum, quæ vivo ſe acciderunt, futura prædixit; ſed etiam quæ nunc uſu veniunt, cecinit ut vates.

De pietate autem Attici quid plura commemorem? cum hoc ipſum vere gloriantem audierim in funere matris ſuæ, quam extulit annorum nonaginta, cum eſſet ſeptem & ſexaginta, ſe nunquam cum matre *in gratiam rediiſſe*, nunquam cum ſorore *fuiſſe in ſimultate*, quam prope æqualem habebat. Quod eſt ſignum, aut nullam unquam inter eos querimoniam interceſſiſſe, aut hunc *ea* fuiſſe *in ſuos indulgentia, ut quos amare deberet, iraſci eis nefas duceret.* Neque id fecit *natura* ſolum, (*quanquam omnes ei paremus,*) ſed etiam *doctrina.* Nam & *principum Philoſophorum* ita percepta habuit *præcepta*, ut *iis ad vitam agendam, non ad oſtentationem uteretur.*

Moris etiam *majorum* ſummus *imitator* fuit, *antiquitatiſque amator*: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine expoſuerit, quo magiſtratus ornavit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illuſtris eſt populi Romani, quæ non in eo ſuo tempore ſit notata; & quod difficillimum fuit, ſic familiarum originem ſubtexuit, ut ex eo clarorum virorum propagines poſſimus cognoſcere. Fecit hoc idem ſepara-

ſeparatim in aliis libris, ut M. Bruti rogatu Juniam familiam à ſtirpe ad hanc ætatem ordine enumeravit, notans, qui à quoque ortus, quos honores, quibuſque temporibus cepiſſet. Pari modo M. Claudii de Marcellorum, Scipionis Cornelii, & Fabii Maximi, de Corneliorum & Fabiorum, & Æmiliorum quoque: Quibus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poëticen; credimus, ne ejus expers eſſet ſuavitatis. Namque verſibus, qui honore rerumque geſtarum amplitudine cæteros Romani populi præſtiterunt, expoſuit; ita, ut ſub ſingulorum imaginibus, facta magiſtratuſque eorum, non amplius quaternis quiniſve verſibus deſcripſerit. Quod vix credendum ſit, tantas res, tam breviter potuiſſe declarari. Eſt etiam unus liber Græce confectus, de Conſulatu Ciceronis.

Hactenus Attico vivo edita hæc à nobis ſunt. Nunc quoniam fortuna nos ſuperſtites ei eſſe voluit, reliqua perſequemur; &, quantum poterimus, rerum exemplis lectores docebimus, ſicut ſupra ſignificavimus, *ſuos cuique mores plerumque conciliare fortunam.* Namque hic contentus ordine equeſtri, quo erat ortus, in affinitatem pervenit imperatoris Divi Julii filii, cum jam ante familiaritatem ejus eſſet conſecutus nulla alia re quam *elegantia vitæ*, qua cæteros ceperat Principes civitatis, dignitate pari, fortuna humiliore. Tanta enim proſperitas Cæſarem eſt conſecuta, ut nihil ei non tribuerit fortuna, quod cuiquam ante detulerit; & conciliarit, quod civis Romanus quivit conſequi. Nata eſt autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocarat. Hanc Cæſar vix anniculam, Tiberio Claudio Neroni Druſilla nato, privigno ſuo, deſpondit: quæ conjunctio neceſſitudinem eorum ſanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem.

Quamvis ante hæc ſponſalia, non ſolum cum ab urbe abeſſet, nunquam ad ſuorum quenquam literas miſit, quin Attico mitteret, quid ageret, imprimis quid legeret, quibuſque

quibuſque in locis, & quamdiu eſſet moraturus; ſed & cum eſſet in urbe, & propter ſuas infinitas occupationes, minus ſæpe quam vellet Attico frueretur, nullus dies tamen temere interceſſit, quo non ad eum ſcriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret; modo aliquam ei quæſtionem poëticam proponeret, interdum jocans ejus verboſiores eliceret epiſtolas. Ex quo accidit, cum ædes Jovis Feretrii, in Capitolio ab Romulo conſtituta, vetuſtate atque incuria detecta prolaberetur, ut Attici admonitu, Cæſar eam reficiendam curaret. Neque vero à M. Antonio minus abſens literis colebatur; adeo, ut accurate ille, ex ultimis terris quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui judicare poterit, *quanta ſit ſapientiæ, eorum retinere uſum benevolentiam, ue, inter quos maximarum rerum non ſolum æmulatio, ſed obtrectatio* tanta intercedebat, quantum fuit incidere neceſſe inter Cæſarem atque Antonium, cum ſe uterque principem non ſolum urbis Romanæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

Tali modo cum ſeptem & ſeptuaginta annos compleſſet, atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quam gratia fortunaque creviſſet (multas enim hæreditates nulla alia re quam bonitate eſt conſecutus) tantaque proſperitate uſus eſſet valetudinis, ut *annis triginta medicina non indiguiſſet*; nactus eſt morbum, quem initio & ipſe & medici contemſerunt. Nam putarunt eſſe *teneſmon*: cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc cum tres menſes ſine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumſiſſet; ſubito tanta vis morbi in unum inteſtinum prorupit, ut extremo tempore, per lumbos fiſtula putris eruperit. Atque hoc prius quam ei accideret, poſtquam indies dolores accreſcere, febremque acceſſiſſe ſenſit, Agrippam generum ad ſe arceſſiri juſſit, & cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum: hos ut veniſſe vidit, in cubitum innixus, *quantam*, inquit, *curam diligentiamque*

gentiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cum vos teſtes habeam, nihil neceſſe pluribus verbis commemorare: quibus quoniam, ut ſpero, ſatisfeci, nihilque reliqui feci, quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, ut egomet mihi conſulam. Id vos ignorare nolui. Nam mihi ſtat, alere morbum deſinere. Namque his diebus quicquid cibi potionisque ſumſi, ita produxi vitam, ut auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto primum, ut conſilium probetis meum; deinde ne fruſtra dehortando conemini.

Hac oratione habita, tanta *conſtantia* vocis atque vultus, *ut non ex vita, ſed ex domo in domum videretur migrare*; cum quidem Agrippa eum flens, atque oſculans, oraret atque obſecraret, *ne id quod natura cogeret, ipſe quoque ſibi acceleraret; & quoniam tum quoque poſſet temporibus ſupereſſe, ſe ſibi ſuiſque reſervaret*; preces ejus taciturna ſua obſtinatione compreſſit. Sic cum biduum cibo ſe abſtinuiſſet, ſubito febris deceſſit, leviorque morbus eſſe cœpit. Tamen propoſitum nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto, poſtquam id conſilium inierat, pridie Calend. Aprilis, Cn. Domitio, C. Sofio Coſſ. deceſſit. Elatus eſt in lectícula, ut ipſe præſcripſerat, *ſine* ulla *pompa funeris, comitantibus omnibus bonis*, maxima vulgi frequentia. Sepultus eſt juxta viam Appiam, ad quintum lapidem, in monumento Q. Cæcilii avunculi ſui.

Hactenus Corn. Nep. *de* Excellentium Impp. VITIS.

EPI-

EPISTOLA
CORNELIÆ,
MATRIS GRACCHORUM.

Fragmentum ex CORN. NEPOTE.

DIcis, *pulchrum* eſſe *inimicos ulciſci.* Id neque majus, neque pulchrius cuiquam, atque eſſe mihi videtur; ſed ſi liceat Republ. ſalva ea perſequi. Sed quatenus id fieri non poteſt, multo tempore, multiſque partibus, inimici noſtri non peribunt; atque uti nunc ſunt, erunt potius, quam Reſpubl. profligeretur atque pereat.

Eadem alio loco.

Verbis conceptis dejerare auſim, præterquam qui Tiberium Gracchum necarunt, neminem inimicum tantum moleſtiæ, tantumque laboris, quantum te ob has res, mihi tradidiſſe; quem oportebat omnium eorum, quos ante hac habui liberos, partes eorum tolerare; atque curare, ut quam minimum ſolicitudinis in ſenecta haberem, utique quæcunque ageres ea velles maxime mihi placere; atque uti nefas haberes rerum majorum adverſum meam ſententiam quicquam facere; præſertim mihi, cui parva pars vitæ ſupereſt: at ne id quidem tam breve ſpatium poteſt opitulari, quin & mihi adverſeris, & Rempubl. profliges. Denique quæ pauſa erit? & quando deſinet familia noſtra inſanire? & quando modus ei rei haberi poterit? & quando deſinemus, * & abſentes, & præſentes, moleſtiis deſiſtere? & quando perpudeſcet miſcenda atque perturbanda Republica?. Sed ſi omnino id fieri non poteſt; ubi ego mortua ero, petito

Tribunatum; poſt me facito quod libebit, cum ego non ſentiam. Ubi mortua ero, parentabis mihi, & invocabis Deum parentem. In eo tempore, non pudebit te eorum Deûm preces expetere, quos vivos atque præſentes, relictos atque deſertos habueris? Ne ille ſinat Jupiter te ea perſeverare, nec tibi tantam dementiam venire in animum; & ſi perſeveras, vereor ne in omnem vitam tantum laboris culpa tua recipias, uti in nullo tempore tute tibi placere poſſis.

FINIS.

MVSEVM BRITAN NICVM

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ
ΒΙΟΣ·
ἐκ Παυσανίου Μεσσηνιακῶν.



ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΗΣ.

ΑΝΗΚΑΣΤΩΝ κακῶν τοὺς Μεσσηνίους κατειληφότων, καὶ ἅμα ἐς τὰ μέλλοντα οὐδὲν ἐνορῶντες παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων φιλάνθρωπον, πρὸς τέλη τῶν παρόντων, τεθνάναι μαχομένους, ἢ ἐς τοπαράπαν ἐκ Πελοποννήσου φεύγοντας οἴχεσθαι νομίζοντες αἱρετώτερα, ἀφίστασθαι πάντως ἐγίγνωσκον. Ενῆγον δὲ οὐκ ἥκιστα ἐς τοῦτο καὶ οἱ νεώτεροι, πολέμου μὲν ἔτι ἀπείρως ἔχοντες, λαμπροὶ δὲ ὄντες τὰ φρονήματα, καὶ ἀποθανεῖν προτιμῶντες ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πατρίδι, εἰ καὶ τὰ ἄλλα εὐδαιμόνως δουλεύειν

ARISTOMENES.

MESSENII malis gravissimis impliciti, cum in posterum etiam nihilo Spartanorum dominatum æquiorem sibi fore sperare possent, & pugnando mori satius omnino ducerent, quam penitus è Peloponneso emigrare, nova defectionis consilia inierunt. Acerrimi erant juvenes rerum novarum autores: illi quidem omnium belli artium imperiti, sed ea animi elatione, ut cadere mallent liberam nacti patriam, *si optio detur*, quam *vel clementissimam* servitutem rerum omnium copiis circum-

λεύειν παρείη. Επετράφη δὲ νεότης καὶ ἀλλαχοῦ τῆς Μεσσηνίας, οἱ δὲ ἄριστοι καὶ ἀριθμὸν πλεῖστοι περὶ τὴν Ανδανίαν· ἐν δὲ αὐτοῖς καὶ Αριστομένης· ὃς καὶ νῦν ἔτι ὡς ἥρως ἔχει παρὰ Μεσσηνίοις τιμάς· καὶ οἱ καὶ τὰ τῆς γενέσεως ἐπιφανέστερα ὑπάρξαι νομίζουσι. Νικοτελείᾳ γὰρ τῇ μητέρι αὐτοῦ, δαίμονα, ἢ θεὸν δράκοντι εἰκασμένον συγγενέσθαι λέγουσι. Τοιαῦτα δὲ καὶ Μακεδόνας ἐπὶ Ολυμπιάδι, καὶ ἐπὶ Αριστοδάμᾳ Σικυωνίους οἶδα εἰρηκότας. Διαφορὰ δὲ τοσόνδε ἦν. Μεσσηνίοι γὰρ οὐκ ἐσποιοῦσιν Αριστομένην Ηρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ, ὥσπερ Αλέξανδρον Αμμωνι οἱ Μακεδόνες, καὶ Αρατον Ασκληπιῷ Σικυώνιοι· Αριστομένει δὲ πατέρα Ελλήνων οἱ πολλοὶ Πύρρον φασὶν εἶναι. Μεσσηνίους δὲ οἶδα αὐτὸς ἐπὶ τῶν σπονδαῖς Αριστομένην Νικομήδους καλοῦντας.

Οὗτος μὲν οὖν ἀκμάζων ἡλικίᾳ καὶ τόλμῃ, καὶ ἄλλοι τῶν ἐν τέλει παρώξυνον ἐπὶ τὴν ἀπόστασιν. Επράσσετο δὲ ταῦτα οὐκ εὐθὺς ἐκ τοῦ φανεροῦ· κρύφα δὲ ἐς Αργος καὶ παρὰ τοὺς Αρκάδας ἀπέστελλον, εἰ σφίσιν ἀπροφασίστως καὶ μηδὲν ἐνδεεστέρως, ἢ ἐπὶ τοῦ πολέμου τοῦ προτέρου ἀμῦναι θελήσουσιν.

circumfluentes perferre. Educata jam juventus *eximia* erat Messeniis, cum in aliis locis, tum vero numero & robore præstantissima, Andaniæ: eminebat vero inter omnes Aristomenes: quem Messenii adhuc inter heroas colunt; & ejus quidem natales maxime insignes existimant. Cum ejus enim matre Nicotelea, genium quendam seu Deum sumta draconis forma concubuisse ferunt: quod ipsum de Olympiade Macedonas, de Aristodama Sicyonios novi memoriæ prodidisse. Tantum interest, quod Aristomenem Messenii non Hercule aut Jove genitum prædicant, sicuti Ammone Alexandrum Macedones, Aratum Æsculapio Sicyonii; verum cum Græcorum multitudo Pyrrhum ei patrem fuisse dicat, ipsi Aristomenem Nicomedis filium in sacrorum libationibus celebrant.

Vigebat hic animis & ætate, & eum æquales, honore prope pares, ad defectionem incitabant. Rem ad hunc ferme modum exorsus est. Missis clam ad Argivos & Arcadas certis hominibus, tentavit primum utriusque gentis animos, nunquid sibi desciscentibus nihilo aut segnius, aut ope minore quam priore bello auxilium laturi

σιν. Ως δὲ τἆλλα ἐς τ̃ πόλεμον ἕτοιμα ἦν αὐτοῖς, καὶ τὰ ἀπὸ τ̃ συμμάχων προθυμότερα, ἢ προσεδόκων (καὶ γὰρ Αργείοις ἤδη κ̀ Αρκάσι λαμπρῶς τὰ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔχθος ἐξῆπτο) ὅτως ἀπέσησαν ἔτ̀ τριακοστῷ μὴ καὶ ἑκατῷ μ̃ Ιθώμης ἅλωσιν, τεταρτῷ δὲ τ̃ τρίτης ὀλυμπιάδ̃ καὶ εἰκοστῆς, ἦ Ικαρ̃ Τπερησιεὺς ἐνίκα στάδιον. Αθηνήσι δ̀ οἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἦσαν ἤδη τότε ἄρχοντες· καὶ Αθηναίοις Τληπόλις ἦρχεν. Εν δὲ Λακεδαιμονίοις τίνες ἔτυχον βασιλεύοντες, Τυρταί̃ μὴ τὰ ὀνόματα ἐκ ἔχω ψε. Ριανὸς δ̀ ἐπείσθη ἐν τοῖς ἔπεσιν, Λεωτυχίδην βασιλέα ἐπὶ τόδε εἶναι ὅ πολέμ. Ριανῷ μὴ ἂν ἑπόμην ἑκόντι τοῖς ἄλλοις· τὸ δὲ ἐκ ἔχω ἀσαφῶς κατά γε τοῦτο σημήνασθαι. Τυρταῖον δὲ καὶ ὁ λέγοντα, ὅμως εἰρηκέναι τὶς ἂν ἐν τῷδε ἡγεῖτο. ἐλεγεῖα γὰρ ἐς τ̃ αὐτὸν ἔστι τ̃ πόλεμον·

Αμφ' αὐτιὼ δ̀ ἐμάχοντ' ἐνεακαίδεκ' ἔτη
Νωλεμέως αἰεὶ παλαισίφρονα θυμὸν ἔχοντες
Αἰχμηταί, πατέρων ἠμετέρων σατέρες.

Δῆλα ἂν εἴη, ὡς ὕστερον τρίτῃ γενεᾷ τὸν πόλεμον οἱ Μεσσήνιοι

ri essent. Ac spe quidem multo paratiores socios animadvertere. Jam enim Arcades & Argivi apertissimas cum Lacedæmoniis inimicitias exercebant. Quare cum omnia ad bellum comparata essent subsidia, defecerunt Messenii undequadragesimo post Ithomes excidium anno, qui quartus fuit tertiæ & vicesimæ Olympiadis, qua vicit in stadio Hypereſiensis Icarus: Athenis vero jam tum annui erant Archontes, ac tunc quidem Tlesias Athenis prætor erat. Qui autem essent Spartæ reges, eos Tyrtæus non nominavit. At Rhianus versibus mandavit, Leotychide regnante bellum hoc alterum gestum. At enim Rhiano in hac ego re neutiquam assentior: Tyrtæum vero id ipsum quod aperte non dixit, significasse tamen facile videri possit. Elegi enim ipsius sunt de bello priore,

Hanc decima obsessam nonaque vidit hyems:
Quin nostros ætatis tam longi munia Martis
Indomitis animis sustinuisse, ferunt.

Quibus planum facit, ætate demum tertia post primum bellum, iterum

Μεσσήνιοι τόνδε ἐπολέμησαν. Αποδείκνυσί τε τοῦ χρόνου τῆς συνεχὲς βασιλεύοντας τηνικαῦτα ἐν Σπάρτῃ Ανάξανδρον Εὐρυκράτους τοῦ Απολλοδώρου· τῆς δὲ οἰκίας τῆς ἑτέρας Αναξίδαμον Ζευξιδάμου, τοῦ Αρχιδάμου, τοῦ Θεοπόμπου. Κατέβην δὲ ἐς ἀπόγονον Θεοπόμπου τέταρτον, ὅτι Αρχίδαμος ὁ Θεοπόμπου προαπέθανε τοῦ πατρὸς, καὶ ἐς Ζευξίδαμον υἱιδοῦν ὄντα Θεοπόμπου περιῆλθεν ἡ ἀρχή. Λεωτυχίδης δὲ μετὰ Δημαράτου βασιλεῦσαι φαίνεται τοῦ Αρίστωνος· Θεοπόμπου δὲ Αρίστων ἀπόγονος ἕβδομος. Τότε δὴ οἱ Μεσσήνιοι Λακεδαιμονίοις συμβάλλουσιν ἐν Δέραις καλουμέναις τῆς σφετέρας, ἔτει πρώτῳ μετὰ τὴν ἀπόστασιν. Απῆσαν δὴ ἀμφοτέροις οἱ σύμμαχοι· καὶ νίκη μὲν ἐγένετο οὐδετέρων σαφής. Αριστομένην δὲ ἔργα φασὶν ἀποδείξασθαι πλέον τι ἢ ἄνδρα ἕνα εἰκὸς ἦν, ὥστε καὶ βασιλέα μετὰ τὴν μάχην ἡρούντο αὐτόν. Ην γὰρ καὶ γένους τῶν Αἰπυτιαδῶν. Παραιτουμένου τε, οὕτω στρατηγὸν αὐτοκράτορα εἵλοντο. Αριστομένει δὲ παρίστατο, μηδ' ἂν ἄλλον ἀπαξιῶσαι παθεῖν τι ἐν πολέμῳ δράσαντα ἄξια μνήμης.

Αὐτῷ

iterum Messenios arma cepisse. Declarat itaque annorum series, regem eo tempore Spartæ fuisse Anaxandrum Eurycratis filium, Polydori nepotem: ex altera vero familia Anaxidamum Zeuxidami filium, Archidami nepotem, pronepotem Theopompi. Idcirco autem ad pronepotem Theopompi descendi, quod Archidamo filio ante patrem mortuo, Zeuxidamum è filio nepotem, Theopompus imperii sibi successorem reliquit. At Leotychidem regnum possedisse constat post Demaratum Aristonis filium, cum Ariston ipse à Theopompo septimus fuerit. Eo ipso igitur contulere cum Lacedæmoniis signa Messenii ad Deras, qui vicus in Messenia est, anno post defectionem primo. Neutris venere à sociis auxilia: neque penes quos ejus fuerit certaminis victoria perspicuum fuit. Aristomenem eo prælio tradunt, majora gessisse, quam quæ unius viri robori convenisse videantur: itaque post pugnam rex fuit salutatus: erat enim ex Æpytidarum genere. Verum cum regnum recusasset, imperatorem cum summa potestate præesse rebus bellicis jusserunt. Is eo autem erat ingenio, ut eos, qui aliquid in bello memoria dignum gessissent, debito honore defraudare indignaretur.

Præcipua

Αὐτῷ μὲν τι καὶ περὶ παντὸς ἐνομίζετ' εἶναι ἐπὶ ἀρχομένῳ τοῦ πολέμου Λακεδαιμονίους καταπλήξαντα, φαίνεσθαι καὶ ἐς τὰ μέλλοντα σφίσι φοβερώτερον. Ἅτε δὲ ἔτως ἔχων, ἀφικόμενος νύκτωρ ἐς τὸ Λακεδαίμονα, ἀνατίθησιν ἀσπίδα πρὸς τὸ τοῦ Χαλκιοίκου νεών· ἐπεγέγραπτο δὲ, Ἀριστομένης τοῖς Σπαρτιατῶν θεοῖς τῆδε ἀπὸ τῶν. Εἰρέτο γὰρ καὶ Λακεδαιμονίοις μάντευμα ἐκ Δελφῶν, τί Ἀθηναίων ἐπιόντων σύμβολον. Ἀποστέλλουσιν οὖν παρὰ τοῦτον Ἀθηναίους τόν τε χρησμὸν ἀπαγγελοῦντας, καὶ ἄνδρα αἰτησοῦντας παραινέσοντα ἃ χρὴ σφίσιν. Ἀθηναῖοι μὲν ἐδέοντο θέλοντες, ἅτε Λακεδαιμονίους ἄνευ μεγάλων κινδύνων πρόσλαβεῖν μοῖραν τῆς ἐν Πελοποννήσῳ τῆς ἀρίστης, ἐδόκει αὐτοῖς ἀμαχητὶ ἢ θεῷ, πρὸς ταῦτα ἐξαμείψασθαι. Καὶ δὴ τὸν Τυρταῖον διδάσκαλον γραμμάτων, νοῦν τε ἤκιστα ἔχοντα δοκῶν, καὶ τὸ ἕτερον τῶν ποδῶν χωλόν· τοῦτον ἀποστέλλουσιν ἐς Σπάρτην. ὁ δὲ Ἀριστόμενος, ἰδίᾳ τε τοῖς ἐν τέλει, καὶ παράγων ὁπόσους τύχοι, καὶ ἐλεγεῖα ἃ τὰ ἔπη σφίσι τὰ ἀνάπαιστα ᾖδεν.

Εγιαυτῷ

Præcipua quidem ipſi cura fuit, initio belli, Lacedæmonios perterrefacere, quo eſſet illis in omne reliquum tempus formidoloſior. Hoc ſibi cum propoſitum haberet, noctu Lacedæmonem veniens, ad Chalcioeci, ſcutum affixit, in quo inſcriptum fuit, *Ariſtomenes dat de Spartanorum manubiis dicaſſe.* Eodem tempore metu perplexis Lacedæmoniis, & Delphicum Apollinem de belli exitu conſulentibus, reſponſum eſt, ut Athenienſem hominem rerum gerendarum autorem accerſerent. Quare cum per legatos de oraculo docuiſſent Athenienſes, ac ſimul Athenienſem ſibi hominem, cujus uterentur conſilio, depoposciſſent, ea res animi dubios tenuit; neque enim è re ſua fore Athenienſes judicabant, ſi Lacedæmonii parte Peloponneſi optima ſine inſignibus cladibus potirentur; & tamen divinis vocibus non parere nefarium cenſebant. Conſilium itaque iſtiuſmodi ineunt. Erat Athenis Tyrtæus quidam ludi magiſter, qui neque ſatis mente valere credebatur, & altero claudicabat pede. Hunc ad Spartanos miſere: ibi ille modo civitatis principes, modo plebem, proinde ut locus aut tempus tuliſſet, elegos & anapæſtos decantans, quid facto opus eſſet edocebat.

Ενιαυτῷ δὲ ὕστερον τοῦ περὶ τὰς Δέρας ἀγῶνος, ἡκόντων ἀμφοτέροις καὶ τῶν συμμάχων, παρεσκεύαζον ὡς μάχην συνάψοντες ἐπὶ τῷ καλουμένῳ Κάπρου σήματι. Μεσσηνίοις μὲν οὖν Ηλεῖοι καὶ Αρκάδες, ἔτι δὲ ἐξ Αργους ἀφίκετο καὶ Συκυῶνος βοήθεια. Παρῆσαν δὲ καὶ ὅσοι πρότερον τῶν Μεσσηνίων ἔφευγον ἑκουσίως, ἐξ Ελευσῖνός τε οἷς πάτριον δρᾷν τὰ ὄργια τῶν μεγάλων θεῶν, καὶ οἱ Ανδροκλέους ἀπόγονοι· καὶ γὰρ οἱ συσπεύσαντες μάλιστα σφίσιν ἦσαν οὗτοι. Λακεδαιμονίοις δὲ ἦλθον Κορίνθιοι συμμαχήσοντες, καὶ Λεπρεατῶν τινες κατὰ ἔχθος τὸ Ηλείων. Ασιναίοις δὲ ὅρκοι πρὸς ἀμφοτέρους ἦσαν. Τὸ δὲ χωρίον τοῦτο Κάπρου σῆμα, ἔστι μὲν ἐν Στενυκλήρῳ τῆς Μεσσηνίας. Ηρακλέα δὲ αὐτόθι ὅρκον ἐπὶ τομίων Κάπρου τοῖς Νηλέως παισὶ δοῦναι, καὶ λαβεῖν παρὰ ἐκείνων λέγουσιν.

Ως δὲ ἀμφοτέροις προεθύσαντο οἱ μάντεις, Λακεδαιμονίοις μὲν Εκατος, ἀπόγονός τε καὶ ὁμώνυμος Εκάτου σὺν τοῖς Αριστοδήμου παισὶν ἐλθόντος ἐς Σπάρτην· τοῖς δὲ Μεσσηνίοις Θέοκλος· ἐγεγόνει δὲ ὁ Θέοκλος οὗτος ἀπὸ Ευμάν-

Anno uno ferme post prælium ad Deras, cum sui jam utrisque socii præsto essent ad Apri monimentum (id *vico* ei nominis est) ad prælium committendum accincti convenere. Messeniis Elei, Arcades, Argivi, Sicyonii, auxilia miserant. Convolarant etiam qui sponte profugerant è Messenia & ab Eleusine, quibus à majoribus traditus mos erat magnarum Dearum sacra celebrare, Androclis præterea nepotes; atque hi quidem *omnes* summa alacritate Messeniis auxiliabantur. Lacedæmoniis præsto fuere Corinthii, & è Lepreatis nonnulli Eleorum odio ducti. Asinæis fœdus cum utrisq; juramento sancitum fuit. Vicus quem Apri ante diximus monimentum nuncupari, in Stenyclero Messenici agri *regione* est, nomen ex eo habet, quod Herculem memoriæ proditum, super apri testibus, fœdus cum Nelei liberis, fide ultro citroque data & accepta, icisse.

Postquam sacra rite à vatibus utrinque facta. (Vates erat Lacedæmoniis Hecatus, nepos & cognominis Hecati illius qui cum Aristodemi filiis Spartam postliminio reverterat: Messeniis Theoclus. Oriundus hic Theoclus ab Euman-

Ευμάντιδος. Εὔμαντιν δὲ ὄντα Ηλεῖον τῶν Ιαμιδῶν, Κρεσφόντης ἐπηγάγετο ἐς Μεσσήνην. Τότε δὲ παρόντων καὶ τῶν μάντεων σὺν φρονήματι, ἀμφότεροι μᾶλλον ἠπείγοντο ἐς τὴν μάχην· καὶ ἦν μὲν καὶ τὰ τῶν ἄλλων πρόθυμα, ὡς ἡλικίας ἕκαστος εἶχεν, ἢ ῥώμης· μάλιστα δὲ Ανάξανδρός τε ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, καὶ οἱ περὶ αὐτὸν τῶν Σπαρτιατῶν· παρὰ Μεσσηνίων δὲ οἱ Ανδροκλέους ἀπόγονοι, Φίντας καὶ Ανδροκλῆς, καὶ οἱ συντεταγμένοι σφίσιν, ἐπειρῶντο ἄνδρες ἀγαθοὶ γίγνεσθαι. Τυρταῖος δὲ καὶ οἱ τῶν θεῶν ἱεροφάνται τῶν μεγάλων, ἔργου μὲν ἥπτοντο οὐδενὸς, τοὺς τελευταίους δὲ τῆς ἑαυτῶν ἑκάτεροι στρατείας ἐπήγειρον.

Κατὰ δὲ αὐτὸν Αριστομένην εἶχεν οὕτω· λογάδες περὶ αὐτὸν ὀγδοήκοντα ἦσαν Μεσσηνίων, ἡλικίαν τε γεγονότες ἐκείνῳ τὴν αὐτὴν, καὶ ἕκαστος προτετιμῆσθαι μεγάλως νομίζων, ὅτι ἠξίωτο Αριστομένει συντετάχθαι. ἦσαν δὲ καὶ αἰσθέσθαι δι' ὀλίγου δεινοὶ, τά τε παρ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἐκείνου καὶ ἀρχομένου τὶ δρᾷν, καὶ ἔτι μέλλοντος.

Οὗτοι

Eumantide fuit. Eumantin ipsum, Eleum hominem, (quod erat de genere Iamidarum) Messenem Cresphontes adduxerat.) Illi cum suum utrique vatem fidenti animo haberent, eo etiam ad rem gnaviter gerendam fuere paratiores: sed & cæteri, pro sua quidem quisque ætate ac virili parte, magnam præ se ferebant alacritatem. Omnes vero bellicæ gloriæ cupiditate superabat Anaxander Lacedæmoniorum rex, quique circa ipsum erant Spartani. In Messeniorum exercitu Androclis nepotes Phintas & Androcles, totaque ea manus quæ illorum ductum sequebatur, ardenti animo & pari consensu ad virtutis laudem, conati sunt assurgere. Tyrtæus, & magnorum Deorum antistites, nulla ipsi belli munia obiere; extremos tantum sui quique agminis cohortationibus ad pugnandum accendebant.

Quod vero ad Aristomenem attinet, stipabant eum octoginta è Messeniis, lectissimi juvenes, ejus æquales: quorum magno sibi unusquisque honori ducebat, quod se ille, quem in prætoriam cohortem præ cæteris adsciscеret, dignum putasset. Et erat sane eorum quilibet miro animi vigore, sive mutuum sociis præstare auxilium, sive ducis pugnam vel jam aggredientis, vel mox aggressuri, mandata observare opus esset. Steterunt

Οὗτοι μὲν πρῶτοι καὶ αὐτοὶ καὶ Αριστομένης πόνον εἶχον πολὺν, κατ' Ανάξανδρον καὶ τῶν Λακεδαιμονίων τεταγμένοι τοὺς ἀρίστους. Λαμβάνοντες δὲ τραύματα ἀφειδῶς, καὶ ἐς πᾶν προϊόντες ἀπονοίας, τῷ τε χρόνῳ, καὶ τοῖς τολμήμασιν ἐτρέψαντο τοὺς περὶ Ανάξανδρον. Τούτοις μὲν δὲ φεύγουσι διώκειν ἐπέταξεν ὁ Αριστομένης ἕτερον τῶν Μεσσηνίων λόχον· αὐτὸς δὲ ὁρμήσας πρὸς τὸ μάλιστα ἀνθεστηκὸς, ὡς ἐβιάσατο καὶ τούτους, ἐπ' ἄλλους ἐτράπετο αὖθις. Ταχὺ δὲ καὶ τούτους ὠσάμενος, ἑτοιμότερον ἤδη πρὸς τοὺς ὑπομένοντας ἐπεφέρετο, ἐς ὃ πᾶσαν τῶν Λακεδαιμονίων τὴν τάξιν, καὶ αὐτῶν τῶν συμμάχων συνέχεε, καὶ οὐχὶ σὺν αἰδοῖ φευγόντων, οὐδὲ ἀναμένειν θελόντων ἔτι ἀλλήλους, ἐπέκειτο σφίσι φοβερώτερος, ἢ κατὰ ἀνδρὸς ἑνὸς εἶναι μανίαν. Ενθα δὴ καὶ παρ' ἀχράδα πεφυκυῖάν που τοῦ πεδίου, παρὰ ταύτην Αριστομένην οὐκ εἴα παραθεῖν ὁ μάντις Θέοκλος· καθέζεσθαι γὰρ τοὺς Διοσκούρους ἔφασκεν ἐπὶ τῇ ἀχράδι· Αριστομένης δὲ εἴκων τῷ θυμῷ, καὶ οὐκ ἀκροώμενος τὰ πάντα τοῦ μάντεως, ὡς κατὰ τὴν ἀχράδα ἐγίνετο, ἀπόλλυσι

terunt hi in acie contra Anaxandri cohortem, in qua fuit Spartani exercitus robur. Quare cum impigre ad multas horas dimicassent, multaque avide accepissent vulnera, in extremam effusi rabiem, pertinaci mora, & violento impetu hostem in fugam vertunt. Fugientem Aristomenes ut alia cohors persequatur, imperat: ipse cum suis ad integros, & adhuc suum obtinentes locum conversus, ubi & illos dare terga coegit, mox alios, & subinde alios acrius adoritur, donec totam Lacedæmoniorum aciem, cum modo in hanc, modo in illam partem se inferret, terribilior multo quam hominis unius furori convenire videatur, dissipatis atque disturbatis ordinibus, in fugam vertit. Jam vero cum palantes ageret, qui neq; in fugiendo modum haberent ullum, neque tantisper consisterent dum in unum convenirent, ad silvestrem pyrum, in ea campi parte enatam, ventum: ibi Aristomenem à cursu Theoclus vates revocabat, quod in ea arbore Castor & Pollux consedissent. Sed Aristomenes in ipso pugnæ ardore impetu raptus, non auditis omnibus Theocli vatis monitis, cum ad pyrum accessisset, scutum amisit;

ἀπόλλυσι τὴν ἀσπίδα. Λακεδαιμονίοις τε τὸ ἁμάρτημα τῦ Ἀριστομένυς παρέσχεν αὐτῶν ὀπισωθῆναί τινας ἐκ τῆς φυγῆς· διὸ καὶ τὴν ἀσπίδα ἀνδρεῖν πειρώμενοι.

Λακεδαιμονίων δὲ ἐχόντων ἀθύμως μὴ τὸ πολεμεῖν, Τυρταῖός τε ἐλεγεῖα ἄδων μετέπεισεν αὐτοὺς, καὶ ἐς τὰς λόχας ἀντὶ τῶν πεπτωκότων κατέλεγεν ἄνδρας ἐκ τῶν Εἱλώτων. Ἀριστομένη δὲ, ὡς ἀνέστρεψεν ἐς τὴν Ἀνδανίαν, παρθένοι αἱ γυναῖκες καὶ τὸ ὡραῖον ἐπιβαλλόμεναι τῶν ἀνθρώπων, ἐπέλεγον ᾆσμα τὸ καὶ ἐς ἡμᾶς ἔτι ᾀδόμενον.

Ἐς τι μέσον πεδίον Στενυκλήρου ἔς τ' ὄρος ἄκρον
Εἶπετ' Ἀριστομένης τοῖς Λακεδαιμονίοις.

Ἀνεσώσατο δὲ καὶ τὴν ἀσπίδα ἐκείνην, ἐς τὰ Δελφὰς ἀφικόμενος, καὶ, ὡς οἱ προσέταξεν ἡ Πυθία, καταβὰς ἐς τὸ ἄδυτον ἱερὸν ἐν Τροφωνίε τὸ ἐν Λεβαδείᾳ. Ἵστερον δὲ τὴν ἀσπίδα ἀνέθηκεν ἐς Λεβάδειαν φέρων, ἣν δὴ κἀγὼ αὐτὸς εἶδον ἀνακειμένην. Ἐπίθημα δέ ἐστιν αὐτῆς ἀετὸς τὰ πτερὰ ἐκπεπρωθηκὼς ἐς ἄκρον τὸ ἴτυος. Τότε δὲ Ἀριστομένης ὡς

ἐπανῆκεν

sit; ibi dum in eo quærendo cunctatur, spatium datum est elabendi, qui se ante in fugam dederant, Lacedæmoniis.

Ea clade perculsi Spartani, ad belli finem spectabant: sed eos Tyrtæus de sententia recitatis elegis deduxit; idemque milites qui in cohortibus desiderabantur, de Helotum delectu supplevit. Aristomenem Andaniam reversum acceperunt matronæ gratulabundæ, tæniis in eum, quacunque incederet, & ut anni ferebat tempestas, flores & fructus jacientes: carmen præterea illud, quod nostra etiam cantatur ætate in eum concinentes,

Per Stenycleria plana, per aspera saxa secutus
Spartanorum acies, victor Aristomenes.

Scutum postea recepit Aristomenes: nam cum Delphos venisset, Dei monitu, quod ad Trophonii sacro penetrali, quod ad Lebadeam est, illud reperit; ac rursus eodem in templo dedicavit: quod ego ibi positum vidi. Insigne ejus est aquila, passis ad extremos clypei margines alis. Sed tunc Bœotia rediens,

ἐπανῆκεν ἐν Βοιωτίας, εὑρών τε παρὰ τῷ Τροφωνίῳ καὶ κομισάμενος τὴν ἀσπίδα, αὐτίκα ἔργων μειζόνων ἥπτετο. Συλλέξας δὲ ἄλλους τε τῶν Μεσσηνίων, καὶ τοὺς περὶ ἑαυτὸν ἅμα ἔχων λογάδας, φυλάξας τε μετὰ ἑσπέραν, ἦλθεν ἐπὶ πόλιν τῆς Λακωνικῆς τὸ μὲν ἀρχαῖον ὄνομα καὶ ἐν Ὁμήρου καταλόγῳ Φάριν, ὑπὸ δὲ τῶν Σπαρτιατῶν καὶ προσοίκων καλουμένων Φαράς. Ἐπὶ ταύτην ἀφικόμενος, τοὺς τε πειρωμένους ἀμύνεσθαι διέφθειρε, καὶ λείαν περιβαλόμενος, ἀπήλαυνεν ἐς τὴν Μεσσήνην. Λακεδαιμονίων δὲ ὁπλιτῶν καὶ Αναξάνδρου τοῦ βασιλέως ἐπιθεμένων καθ' ὁδὸν, ἐτρέψατό τε καὶ τούτους, καὶ διώκειν τὴν Ανάξανδρον ὥρμητο. Βληθεὶς δὲ ἀκοντίῳ τὴν γλουτὸν, τὴν δίωξιν ἐπέσχεν· οὐ μέν τοι τὴν λείαν γε ἢν ἤλαυνεν, ἀφῃρέθη.

Διαλιπὼν δὲ ὅσον ἀκεσθῆναι τὸ τραῦμα, ἐς μὲν αὐτὴν Σπάρτην ἔσοδον ποιούμενος, νύκτωρ ἀπετράπετο ὑπὸ φασμάτων Ελένης καὶ Διοσκούρων· τὰς δ' ἐν Καρύαις παρθένους χορευούσας τῇ Αρτέμιδι διελόχησε μεθ' ἡμέραν, καὶ συνέλαβεν ὅσαι χρήμασιν αὐτῶν καὶ ἀξιώματι πατέρων προεῖχον. Αγαγὼν δὲ ἐς κώμην τῆς Μεσσηνίας, τὴν νύκτα

rediens, clypeo apud Trophonium invento ac recuperato, ad majora mox belli se opera comparavit. Collecta enim Messeniorum manu, lectissimis stipatus civibus, sub crepusculum ad Laconicum oppidum, quod in urbium enumeratione veteri nomine Pharin Homerus, Pharas nuncupant Spartani & finitimi, contendit. Ibi occisis qui resistere conati fuerant, ac oppido direpto, dum Messenen cum luculenta præda redit, Anaxandrum, qui *facta ex insidiis eruptione* cum armatorum globo tergum urgebat, *conversus in hostem*, in ipsa via iterum fudit: quin & fugientem acriter insequi non prius desiit, quam tragula femore sauciato, retrocedere coactus est, cum nihil interea de præda deperisset.

Modico dein tempore intermisso, quantum scilicet curando vulneri suffecit, cum Spartam ipsam adoriri in animo haberet, objecta per visum Helenæ & Gemellorum specie deterritus est. *Rediens*, Caryatides Virgines choros Dianæ agitantes, interdiu ex occulto aggressus, parentum opibus & dignitate præstantissimam quamque comprehendit, & ad Messeniæ vicum quendam perduxit. Ibi Virginum

νύκτα ἀνεπαύετο, ἀνδράσι τῶν ἐκ τοῦ λόχου τὴν φρουρὰν ἐπιτρέψας τῶν παρθένων. Ἐνταῦθα ὑπὸ μέθης οἱ νεανίσκοι δοκεῖν ἐμοὶ καὶ ἄλλως ἀκρατῶς ἔχοντες λογισμοῦ, πρὸς βίαν ἐτρέποντο τῶν παρθένων. Ἀριστομένους δὲ ἀπείργοντος οὐ νομιζόμενα Ἕλλησι δρῶντας, οὐδένα ἐποιοῦντο λόγον· ὥστε ἠναγκάσθη καὶ ἀποκτεῖναι τοὺς παροινοῦντας μάλιστα ἐξ αὐτῶν. Τὰς δὲ αἰχμαλώτους λαβὼν ἀπέλυσε χρημάτων πολλῶν παρθένους, ὥσπερ γε καὶ εἷλεν. Ἐστι δὲ Αἴγιλα τῆς Λακωνικῆς, ἔνθα ἱερὸν ἵδρυται ἅγιον Δήμητρος. Ἐνταῦθα ἐπιστάμενος ὁ Ἀριστομένης καὶ οἱ σὺν αὐτῷ τὰς γυναῖκας ἀγούσας ἑορτὴν, ἀμύνεσθαι τῶν γυναικῶν οὐκ ἄνευ τῆς θεοῦ προαχθεισῶν, λαμβάνουσιν οἱ πολλοὶ τῶν Μεσσηνίων τραύματα μαχαίραις τε αἷς τὰ ἱερεῖα αἱ γυναῖκες ἔθυον, καὶ ὀβελοῖς οἷς τὰ κρέα ἔπειρον ὀπτῶσαι· τὴν δὲ Ἀριστομένη τύπτουσαι τῶν δασὶ ζῶντα αἱροῦσιν· ἀπεσώθη δὲ ὅμως τῆς αὐτῆς ἐκείνης νυκτὸς ἐς τὴν Μεσσηνίαν. Ἀφεῖναι δὲ αὐτὸν ἱέρεια τῆς Δήμητρος αἰτίαν ἔσχεν Ἀρχιδάμεια· ἀφῆκε δὲ οὐκ ἐπὶ χρήμασιν,

ginum custodia certis hominibus de sua cohorte mandata, noctem unam quievit. Interea juvenes, vino (ut videtur) & libidine transversos rapiente, virgines eas vitiandi cupiditate exarserunt, atque adeo, ut ne ipsius quidem Aristomenis vocibus, negantis id jus fasque Græcis esse, conatu absisterent. Quare ut eas ab injuria vindicaret, adolescentes aliquot, quorum erat maxime vino incitata licentia, occidere coactus, captivas tam integras quam ante fuerant parentibus magna accepta pecunia reddidit. Est in Laconico agro *vicus* Ægila nomine, in quo Templum Cereris *veteri* religione consecratum. Huc matronas per festos dies more majorum ludos ut facerent convenisse, Aristomenes, quique cum eo erant, exploratum habebant. *Eo itaque veniens opprimere eas conatus est: sed* cum illæ numinis ope fretæ vim repulissent, gladiis etiam, quibus ad hostias mactandas usi fuerant, armatæ, & verubus, tostis jam extis, hostem invaserunt, multisque graviter sauciis, ipsum quoque Aristomenem facibus percussum, ac male mulctatum, in vincula conjecerunt. Sed eadem nocte liberatus, ad suos rediit. Dimisisse eum dicitur sacrorum antistita Archidamea, non pretio, sed amore

μασιν, ἀλλὰ ἐρῶσα ἔτυχεν αὐτοῦ πρότερον ἔτι· προὐφασίζετο δὲ ὡς Αριστομένης διακαύσας τὰ δεσμὰ, ἀποδρὰς οἴχοιτο.

Τρίτῳ δὲ ἔτει τοῦ πολέμου μελλούσης γίνεσθαι συμβολῆς ἐπὶ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ Τάφρῳ, καὶ Μεσσηνίοις Αρκάδων βεβοηθηκότων ἀπὸ πασῶν τῶν πόλεων, Αριστοκράτη τὸν Ικέτα Τραπεζούντιον, βασιλέα τῶν Αρκάδων, καὶ στρατηγὸν ὄντα ἐν τῷ τότε, διαφθείρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι χρήμασι. Πρῶτοι γὰρ ὧν ἴσμεν, Λακεδαιμόνιοι πολεμίῳ ἀνδρὶ δῶρα ἔδοσαν, καὶ ὤνιον πρῶτοι κατεστήσαντο εἶναι τὸ κράτος τὸ ἐν τοῖς ὅπλοις. Πρὶν δὲ ἢ παρανομῆσαι Λακεδαιμονίους ἐς τὸν Μεσσηνίων πόλεμον, καὶ Αριστοκράτους τοῦ Αρκάδος τὴν προδοσίαν, ἀρετῇ τε οἱ μαχόμενοι καὶ τύχαις ἐκ τοῦ θεοῦ διεκρίνοντο. Φαίνονται δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ ὕστερον ἡνίκα ἐπὶ Αἰγὸς ποταμοῖς τῶν Αθηναίων ναυσὶν ἀνθώρμουν, ἄλλους τε τῶν στρατηγούντων Αθηναίοις, καὶ Αδείμαντον ἐξωνησάμενοι. Περιῆλθε μέν τοι καὶ αὐτοὺς Λακεδαιμονίους ἀνὰ χρόνον ἡ Νεοπτολέμεια καλουμένη τίσις. Νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ Αχιλλέως ἀποκτείναντι Πρίαμον ἐπὶ τῇ ἐσχάρᾳ τοῦ Ερκείου, συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς πρὸς τῷ βωμῷ τοῦ Απόλλωνος ἀπο-

re adducta: (illum enim multo ante amare cœperat) simulavit vero effugisse exustis vinculis.

Eodem anno cum prope esset ut ad magnam Fossam, (hoc loco nomen est) prælium committeretur, & Messeniis Arcades ex omnibus urbibus auxilium tulissent, Aristocratem Hicetæ filium, patria Trapezuntium, Arcadum Regem, & eorum tunc exercitus ducem, Lacedæmonii pecunia corrupere. Primi enim omnium Lacedæmonii ex omni antiquitatis memoria hostem dicuntur muneribus solicitasse, & venalem fecisse belli eventum. Prius enim quam ab illis circumveniretur Aristocrates, à quo Messeni proditi sunt, virtute, fortuna, & Deorum præsidiis res bellica stabat. Constat vero Lacedæmonios eosdem & insequentibus deinde temporibus, cum ad Ægos flumen classi Atheniensium occurrissent, & alios hostium prætores, & Adimantum in primis mercede sibi devinxisse. At enim & ipsos Lacedæmonios oppressit aliquando *pœna* quæ *Neoptolemæa* dicitur; ex eo scilicet, quod cum ad Hercei Jovis aram Neoptolemus Achillis filius Priamum jugulasset, & ipsi postea accidit, ut ad Apollinis Delphici aram

ἀποσφαγῆναι. Καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ ἔδρασε, Νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσι. Τοῖς οὖν Λακεδαιμονίοις, ὅτε δὴ μάλιστα ἤνθησαν, καὶ Ἀθηναίων τε τὸ ναυτικὸν καθῃρήκεσαν, καὶ Ἀγησίλαος κεχείρωτο τὰ πολλὰ ἤδη τῆς Ἀσίας, τότε σφίσι τὴν ἀρχὴν πᾶσαν οὐκ ἐξεγένετο ἀφελέσθαι τὴν Μῆδον· ἀλλὰ σφᾶς ὁ βάρβαρος περιῆλθε τῷ ἐκείνων εὑρήματι, ἐς Κόρινθον καὶ Ἄργος καὶ ἐς Ἀθήνας τε καὶ Θήβας χρήματα ἀποστείλας· ὅ τε ὀνομαζόμενος Κορινθιακὸς πόλεμος ἀπὸ τούτων ἐξήφθη τῶν χρημάτων, ὡς ἀπολείπειν Ἀγησίλαον ἀναγκασθῆναι τὰ ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Λακεδαιμονίοις μὲν τὸ ἐν Μεσσηνίοις σόφισμα ὁ δαίμων ἔμελλεν αὐτοῖς ἀποφανεῖν συμφοράν.

Ἀριστοκράτης δὲ ὡς τὰ χρήματα ἐδέξατο ἐκ Λακεδαίμονος, τὸ μὲν παραυτίκα ἔκρυπτεν ἐς τοὺς Ἀρκάδας οἷα ἐπεβούλευεν· μελλόντων δὲ ἐς χεῖρας ἤδη συνέρχεσθαι, τηνικαῦτα ἐξεφόβησεν αὐτοὺς ὡς ἐν δυσχωρίᾳ τέ εἰσιν ἀπειλημμένοι, καὶ ἀναχώρησις οὐκ ἔσται αὐτοῖς, ἢν κρατηθῶσιν· τά τε ἱερὰ σφίσιν οὐκ ἔφη γεγονέναι κατὰ γνώμην. Ἐκέλευεν οὖν πάντα τινὰ, ἐπειδὰν αὐτὸς σημήνῃ, φυγῇ χρῆσθαι.

Ως

aram interimeretur. Venit inde in proverbii consuetudinem, ut quoties qua quis alterum affecisset injuria, eam ipse passus esset, *Neoptolemæa ultio* diceretur. Nam cum maxime opibus florerent Lacedæmonii, deleta Atheniensium classe, magna Asiæ parte Agesilai ductu occupata, imperio Medico exciderunt: ipsorum nimirum arte Persarum Rex usus, missa Corinthum, Argos, Athenas, Thebas pecunia, bellum in Spartanos concitavit, quod bellum Corinthiacum appellatum est: quæ fuit causa, ut Agesilaus in Græciam, omissa Asiatica expeditione, exercitum reportare cogeretur. Dolum itaq; Lacedæmoniorum Dii suo tempore in ipsorum vertere perniciem.

Aristocrates vero accepta à Lacedæmoniis pecunia, Arcadas primum quid moliretur celavit; deinde vero cum utraque acies signa collatura esset, suis terrorem & trepidationem incussit, *commonefaciens*, si ad manus ventum esset, victis ex iniquo loco exitum nullum fore; & insuper sibi sacrificanti affirmavit nihil læti exta portendisse. Edixit itaque ut signo à se dato, pro se quisque fuga saluti suæ consuleret. Quare

Ως δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι συνέμισγον, καὶ ἦσαν ἐς τὸ κατ' αὐτοὺς οἱ Μεσσήνιοι τετραμμένοι, ἐνταῦθα Αριστοκράτης ἀρχομένης τῆς μάχης ἀπῆγε τοὺς Αρκάδας, καὶ τῆς Μεσσηνίοις τότε ἀριστερὸν καὶ μέσον ἠρήμωτο· οἱ γὰρ Αρκάδες σφίσιν εἶχον ἀμφοτέρωθεν· ἄπο δὲ τῶν μὲν Ηλείων τῆς μάχης, τῶν δὲ Αργείων καὶ Σικυωνίων. Προσεχειρώθη δὲ καὶ ἄλλο τῷ Αριστοκράτει· Διὰ γὰρ Μεσσηνίων ἐπιὼν τὸ φυγεῖν. Οἱ δὲ ἅμα τὸ ἀνέλπιστον τῶν παρόντων ἐγένοντο ἔμφρονες, καὶ ἅμα ὑπὸ τῆς διεξόδου τῆς κατὰ σφᾶς τῶν Αρκάδων ἐπαράσσοντο· ὥστε αὐτῶν ἐδέησαν οἱ πολλοὶ, καὶ ὑπολαβέσθαι τὸ ἐν χερσίν. Αντὶ γὰρ τῶν Λακεδαιμονίων ὑπεφερομένων, ἤδη ἐς τοὺς Αρκάδας ἀφεώρων φεύγοντας, καὶ οἱ μὲν ὠδαμεῖναι σφίσιν ἐκέλευον, οἱ δὲ καὶ λοιδορίαις ἐς αὐτοὺς ὡς ἐς ἄνδρας προδότας καὶ ἐπὶ δυναίᾳ ἐχρῶντο. Λακεδαιμονίοις δὲ ἤ τε κύκλωσις τῶν Μεσσηνίων μεταθέντων ἐγένετο ἐπὶ χαλεπὴ, καὶ νίκαι ἐπιμοιρίτιδι παισὶν καὶ ὑποπολίτιδι ἀνειλεῖτο. Αριστομένης δὲ καὶ οἱ σὺν αὐτῷ συνέμενον μὲν, καὶ τῶν Λακεδαιμονίων τὰς μάλιστα ἐγκειμένας ἀνείργον ἐπειρῶντο· ὀλίγοι δὲ ὄντες ἐπὶ μεγάλα ὠφέλουν. Τῶν δὲ Μεσσηνίων οἱ μὲν δήμῳ τοσοῦτον πλῆθος ἀνηλώθησαν, ὡς τὸ πρῶτον Λακεδαιμονίων

cum jam prælium iniretur, omnesque in hostem conversi essent Messenii, Aristocrates abduxit Arcadas, Messeniisq; lævum cornu & acies media nudata est: in utraque enim agminis parte constiterant Arcades, cum neque Elei, neque Argivi, nec Sicyonii pugnæ interessent. Præterea, quo esset efficacior proditio, Aristocrates fugiens per medios Messenios evasit. Re insperata attoniti Messenii, ac plane quid agerent incerti, eorum non pauci à Lacedæmoniis qui se jam acrius inferebant, in Arcadas impune labentes conversi, orabant alii ut manerent, alii conviciis illos & maledictis incessebant, proditores & fœdifragos appellantes. Spartani interea Messenios destitutos undique circundato agmine cinxerunt, & facilem sine multo labore ac periculo partam, victoriam reportarunt. Aristomenes cum cohorte sua locum tenuit, & incumbentis impetum hostis aliquamdiu sustinuit: sed fuere tam pauci numero, ut non magno utique fuerint præsidio. Periit omnis prope multitudo: & qui ante de servis, dominos Lacedæmoniorum

se

μονίων δεσπότας ἀντὶ δ' ἄλλων ἔσεσθαι νομίζοντας, τῆς μηδὲ ἐς τὴν σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπέχειν ἐλπίδα. Ἀπέθανον δὲ καὶ τῶν πρωτεύοντων ἄλλοι τε καὶ Ἀνδροκλῆς καὶ Φίντας, καὶ λόγῳ μάλιστα ἀξίως ἀγωνισάμενος Φάνης, ὃς πρότερον τέσσαρσιν ἐπὶ δολιχῷ νίκαις Ὀλυμπιάσιν ἐν ἀνηρημένος.

Ἀρισομένης δὲ μὴ τῷ μαχίμῳ τοὺς Διαπριφθόγγους τῶν Μεσσηνίων σωθησομένους καὶ Ἀνδανίαν μὲν, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐν μεσογαίῳ πόλισμα ἔπεσε τὰ πολλὰ ἐκλείπειν, ἐς δὲ Εἰραν τὸ ὄρος ἀνοικίζεσθαι. Συνελθομένοις δὲ ἐς τοῦτο τὸ χωρίον, ἐπεσκάφησαν εἰ Λακεδαιμονίοις πολιορκίᾳ σφᾶς αὐτίκα ἐξαιρήσειν νομίζοντες. Ἀντήρκεσαν δὲ ὅμως οἱ Μεσσήνιοι, καὶ μετὰ τὴν ἐν Τάραντι συμφορὰν ἐνιαυτόν τινα καὶ δέκα ἔτεσιν ἀμυνόμενοι. Τὸν δὲ χρόνον τῆς πολιορκίας ἡνίκα ἐτέθη τοσοῦτον, δηλοῖ καὶ τάδε τῶν Ριανοῦ πεποιημένα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους.

Οὔρεσιν ἀργεννοῖσι τοὶ πύκας ἑστάσωντο.

Χείματί τε πάσας τε δύω καὶ εἴκοσι πάσας.

Χειμῶνας γὰρ καὶ θέρη κατέλεξε, πάσας εἰπὼν τὴν χλωρὸν σῖτον, ἢ ὀλίγον πρὸ ἀμητοῦ. Μεσσήνιοι δὲ ὡς ἐς τὴν Εἶραν ἀνωχώθησαν,

se futuros, sitâ fuerunt, jam ne minimam quidem salutis spem retinuerunt. Occubuere autem ex principibus nonnulli, interq; eos Androcles, Phintas, &, cujus clarissima in eo prælio virtus claruit, Phanes, Olympica dolicodromi victoria jam ante illustris.

Aristomenes præsidii reliquias collegit, cumque suis, ut Andania, & oppidis quæ à mari longius abessent relictis, se in Iran montem recepisset, sustulisset; eo in loco obsidionem hostium, post acceptam ad Fossam cladem, annos nihil minus undecim sustinuit; cum tamen castellum illud non sine magna spe Lacedæmonii oppugnare adorti essent, quasi primo impetu capi posset. Testatur tam longum totius obsidionis tempus suis, his versibus Rhianus.

Montis ad albentis clivum, nemorumque Lauros
Castra, bis undenas hostibus, aestatesque; pruinas.

Describit scilicet annos per hyemes & æstates. Nam cum hemas dixit; viridem segetem, vel *ἐνιαυτὸν* quod paulo ante messem est, significavit. Ita occupata, reliquo omni agro excluli Messenii,

κίσθησαν, τῆς τε ἄλλης ἐξείργοντο, πλὴν ὅσον σφίσιν οἱ Πύλιοι τὰ ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ οἱ Μοθωναῖοι διέσωζον, ἐλήστευον τήν τε Λακωνικὴν καὶ τὴν σφετέραν, πολεμίαν ἤδη καὶ ταύτην νομίζοντες. Ἄλλοι τε δὴ σανίσταντο ἐς τὰς καταδρομὰς ὡς ἕκαστοι τύχοιεν, καὶ Ἀριστομένης δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν λογάδας ἐς τριακοσίων ἀριθμὸν προήγαγεν· ἦγον μὲν δὴ τὰ Λακεδαιμονίων καὶ ἔφερον, ὅποι καὶ δύναιτο αὐτῶν ἕκαστος· ἑλόντες δὲ σῖτον καὶ βοσκήματα καὶ οἶνον ἀνήλισκον· ἔπιπλα δὲ καὶ ἀνθρώπους ἀπεδίδοσαν χρημάτων· ὥστε καὶ ἐποιήσαντο οἱ Λακεδαιμόνιοι δόγμα, ἅτε τοῖς ἐν τῇ Εἴρᾳ μᾶλλον ἢ σφίσιν αὐτοῖς γεωργοῦντες, τὴν Μεσσηνίαν καὶ τῆς Λακωνικῆς τὴν προσεχῆ, ἕως ἂν πολεμῶσιν, ἐᾷν ἄσπορον. Καὶ ἀπὸ τούτου σιτοδεία ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ, καὶ ὁμοῦ τῇ σιτοδείᾳ ἐγένετο ἐν Σπάρτῃ στάσις· οὐ γὰρ ἠνείχοντο οἱ ταύτῃ τὰ κτήματα ἔχοντες, τὰ σφέτερα ἀργὰ εἶναι. Καὶ τούτοις μὲν τὰ διάφορα διέλυε Τυρταῖος.

Ἀριστομένης δὲ ἔχων τοὺς λογάδας, τὴν μὲν ἔξοδον περὶ βαθεῖαν ἐποιήσατο ἑσπέραν. Ἔφθη δὲ ὑπὸ τάχους τὴν ἐς Ἀμύκλας ἀνύσας προανίσχοντος ἡλίου· καὶ Ἀμύκλας τὸ πόλισμα εἷλέ

præter oram tamen maritimam, quam illis integram & incolumem Pylii & Mothonæi præstiterunt, prædas non magis ex Laconico, quam ex suo ipsorum agro agebant, utrumque jam hostilem esse judicantes. Fiebant cum ab aliis passim (ut fors tulit) excursiones, tum in primis Aristomenes cum in unum ad trecentos lectissimos viros coegisset, agebant illi rapiebantque omnia undecunq; singuli poterant; fruges nempe, vinum, pecus absumebant; mancipia, supellectilem, dominis æstimata reddebant. Coegit ea agrorum direptio Lacedæmonios edicto cavere (quod arva non sibi, sed iis qui in Iran secesserant, seri videbant) ne colerentur bello durante, Messenici & Laconici agri confinia. Ex eo frugum egestas, & inde seditio consecuta, locupletibus ægre ferentibus arationes ibi deseri. Eum fremitum versibus suis Tyrtæus compressit.

Interea Aristomenes cum sua manu per densas jam noctis tenebras egressus, Amyclas magnis itineribus contendit: quo cum primo diluculo pervenisset, subito impetu oppidum cepit ac diri-

εἷλέ τε καὶ διήρπασε, καὶ τὴν ἀποχώρησιν ἐποιήσατο, πρὶν ἢ τοὺς ἐκ τῆς Σπάρτης προβοηθῆσαι. Κατέτρεχε δὲ καὶ ὕστερον τὴν χώραν· ἐς ὃ Λακεδαιμονίων λόχοις πλέον ἢ τοῖς ἡμίσεσι καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἀμφοτέροις συμβαλὼν, ἄλλα τε ἔσχεν ἀμυνόμενος τραύματα, καὶ πληγέντι ὑπὸ λίθου τὴν κεφαλὴν αὐτῷ σκοτοδινιῶσιν ὀφθαλμοὶ, καὶ πεσόντα ἀθρόοι τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιδραμόντες, ζῶντα αἱροῦσιν. Ἥλωσαν δὲ καὶ τῶν περὶ αὐτὸν ἐς πεντήκοντα. Τούτους ἔγνωσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι ῥίψαι πάντας ἐς τὴν Κεάδαν. (Εσβάλλουσι δὲ ἐνταῦθα, οὓς ἂν ἐπὶ μεγίστοις τιμωρῶνται.) οἱ μὲν δὲ ἄλλοι Μεσσηνίων ἐμπίπτοντες ἀπώλλυντο αὐτίκα· Αριστομένην δὲ ἔς τε τὰ ἄλλα θεῶν τις, καὶ δὴ καὶ τότε ἐφύλασσεν. Οἱ δὲ ἀποσεμνύοντες τὰ κατ' αὐτὸν, Αριστομένει φασὶν ἐμβληθέντι ἐς τὸν Κεάδαν, ὄρνιθα τὸν ἀετὸν ὑποπέτεσθαι καὶ ἀνέχειν τῇ πτέρυξιν, ἐς ὃ κατήνεγκεν αὐτὸν ἐς τὸ πέρας, οὔτε πηρωθέντα οὐδὲν τοῦ σώματος, οὔτε τραῦμα ἐπιλαβόντα. Εμελλεν δὲ ἄρα καὶ αὐτόθεν ὁ δαίμων ἔξοδον ἀποφαίνειν αὐτῷ. Καὶ ὁ μὲν ὡς ἐς τὸ τέρμα ἦλθε τοῦ βαράθρου, κατεβλήθη τε καὶ ἐφελκυσάμενος τὴν χλαμύδα ἀνέμενεν,

diripuit, atq; inde ad suos se prius recepit, quam è Sparta subsidium mitteretur. Quinimo excursionibus hostilem agrum non prius destitit molestare, quam Lacedæmoniorum manipulos dimidia parte plures, cum ambobus regibus adortus, facto cum illis prælio, præsentique se animo defendens, & vulnera nonnulla accepit, & percusso lapidis ictu capite, caligantibus oculis, vertigine correptus, *prope exanimis* corruit. Vix adhuc spirantem catervatim irruentes Lacedæmonii, & cum eo quinquaginta de ejus prætoria cohorte, captivos Spartam pertraxere. Quos cum in Ceadam abjiciendos censuissent, (*sic alte dehiscentem foveam vocant*, in quam maximis criminibus capite damnatos præcipites mittunt) alii quidem omnes ad unum periere; Aristomenem, qui sæpe aliàs, idem & tunc servavit Deus, cujus qui res gestas magnificentius extollunt, advolasse aquilam dicunt, quæ cadentis corpus passis alis subiens, ita illum libraverat, ut omni ex parte illæsus ad ejus barathri ima delatus fuerit. Fato, certe nescio quo, exitus ei è tetro illo hiatu monstratus est. Nam cum in imo jam specu constitisset, veste obvolutus

ἀνέμθμεν, ὡς πάντως οἱ ἀποθνεῖν πεπεισμένοι. Τρίτῃ δὲ ὕστερον ἡμέρᾳ, ψόφῳ τινὶ αἰσθάνεται, καὶ σκιαλυψάμενος (εὐρύωπα γὰρ ἦν ἤδη διὰ τὸ σκότος φθορᾶς) ἀλώπεκα εἶδεν ἀπορμένην τῶν νεκρῶν. Ὑπονοήσας δὲ ἔσοδον εἶναι τῷ θηρίῳ τοῦδε, ἀνέμθμεν ἐγγύς οἱ τὴν ἀλώπεκα μενάδαν· ἡμιμένης δὲ λαμβάνεται. Τῇ δὲ ἑτέρᾳ χερὶ, ὁπότε ἐς αὐτὸν ἀπεστρέφετο, τὴν χλαμύδα περιβαλλόν οἱ καὶ δάκνῃ παρῆκε. Τὰ μὲν δὴ πολέως θεύσῃ συνέθη, τὰ δὲ ἄγαν δυσέξοδα καὶ ἀφείλκετο ὑπ' αὐτῆς. Ὀψὲ δέ ποτε ὀπήν τινα εἶδεν ἀλώπεκι ἐς λαβύρινθον ἱκανὴν καὶ φέγγος δι' αὐτῆς. Καὶ τὸν μὲν, ὡς ἀπὸ δὴ Ἀριστομένης ἠλυθερώθη, τὸ φωλεὸν ἐμελλεν ὑποδέξασθαι. Ἀριστομένης δὲ (ἐ γάρ τι ἡ ὀπὴ ἐς τοῦτο παρέχειν ἐδύνατο ἔξοδον) εὐρυτέρην τε τῇ χερὶ ἐποίησε, καὶ σύνεδε ἐς τὸ Εἶσιν ἀποσώζεται· εὐδαιδόξῳ μὲν τύχῃ ἐς ἐς τὸν ἄλλων χρησιμωτάτην (τὸ γὰρ οἱ φρένημα μὴ καὶ τὸ τολμήματα μείζονα, ἢ ὡς ἐλπίσειν τινὰ Ἀριστομένη αἰχμάλωτον ἂν ἡγεῖσθαι) εὐδαιδοξότερα δέ ἐστι καὶ πάντων εὐσθενέστατα. σὺν ἄνδρὶ γὰρ ἢ σὺν ἑ Κεάδα σωτηρία.

Λαπε-

lutus decubuit, extremam, quam haud longe abesse putabat, vitæ horam expectans. Triduum erat ibi jam commoratus, cum audito strepitu quodam, retecta facie, per subluſtres tenebras vulpem vidit cadavera appetentem. Cogitans itaque per oſtiolum omnino aliquod, beſtiam illuc penetraſſe, ea quantiſper propius accederet, opperiebatur. Id cum uti volebat accidiſſet, ſeram manu altera prehendit, altera quoties ſe illa converteret, chlamydem mordicus prenſandam objiciebat; & currentem quidem, qua ſe via dabat, curſu conſequebatur; trahendum vero ſe beſtiæ per invia præbebat. Vidit poſtremo cuniculum nihilo ampliorem quam unde poſſet vulpes evadere; per quem luminis ſe aliquid oſtendebat. Per illum quadrupes, ut primum dimiſit eam quaſi manumiſſam Ariſtomenes, luſtrum ſuum repetiit. At Ariſtomenes anguſtam illam ac minime perviam cuniculum manibus aperiens, in ſtram ad ſuos tandem evaſit. Fuit ejus fortuna, cum captus eſt, mira & inopinata; (major enim viri ſpiritus erat, major ex rerum geſtarum magnitudine audacia, quam ut quiſquam capi illum poſſe ſperare deberet:) ſed nihil fuit admirabilius, nullum certius divinitatis argumentum, quam quod è Ceada elabi potuerit.

Ubi

Λακεδαιμονίοις δὲ παραυτίκα μὲν ἐκ τοῦ ἀνδρῶν ἐπηγγέλλετο αὐτομόλων, ὡς Ἀριστομένης ἐπανῆκοι σῶς. Νομιζομένῳ δὲ ἀπίστῳ καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ εἴ τινα τεθνεῶτα ἐλέγετο ἀναβιῶναι παρ' αὐτοῦ, τοιόνδε Ἀριστομένης ἐπῆρξεν ἔργον. Καθεύδουσι Λακεδαιμονίοις διώρυξαν ὡς συνεξαιρήσοντας τὴν εἴσοδον ἀποτέλεσι. Τούτους ἔδοξε τῶν κατασκόπων τεταγμένος ὁ Ἀριστομένης τῇ πορείᾳ τε αὐτῶν ὅπερ χρῆσθαι καὶ τῇ γραπτηδείᾳ ἀφυλάκτως, ὀλιγίστῃ νύκτωρ σφίσι. Ἐκ τῶν τε ἄλλων καθευδόντων ἔτι, ἐφένδυσε σὺν πολλοὺς καὶ τοὺς ἡγεμόνας, Τερμυλίδη καὶ Ἀχλαδαῖον καὶ Λυσίστρατον καὶ Εἰδοθέον ἀποκτείνυσι. Διαρπάσας δὲ καὶ τὸ σκηνεῖον τοῦ στρατηγίδα, περίεσησεν τὴν ἰδέαν Σπαρτιάτης, ὡς Ἀριστομένης, καὶ οὐκ ἄλλος Μεσσηνίων, ἐστὶν ὁ ταῦτα εἰργασμένος. Ἔθυσε δὲ καὶ τῷ Διὶ τῷ Ἰθωμάτᾳ τὰ θύματα, ἃ ἑκατομφόνια ὀνομάζουσιν. Αὕτη δὲ καθεστήκει μὲν ἐκ παλαιοτάτου. Θύειν δὲ αὐτὰ Μεσσηνίων ἐνομίζετο, ὁπόσοι πολεμίους ἄνδρας κατηρξάσαντο ἑκατόν. Ἀριστομένης δὲ, ὅτι οὔπω κάπρῳ ἅπαντι ἐμαχέσατο, θύσαντι ἑκατομφόνια πρῶτον, δεύτερα ἤδη θύειν ἐν τῇ νυκτὶ τὰ Κορινθίων παρέχε φόνος. Τοῦτον μὲν δὲ λέγουσι

Ubi ſalvum Lacedæmoniis renunciarunt perfugæ quidam Ariſtomenem ad ſuos rediiſſe, non plus credi poſſe viſum eſt, quam ſi mortuum hominem revixiſſe audiſſent. Ex hujuſmodi vero eventu veritati fides quæſita eſt. Mittebantur à Corinthiis, auxilia Spartanis, ad Iram oppugnandam: eos milites Ariſtomenes cum per ſpeculatores comperiſſet diſſipatos inter ſe facere, & caſtra parum vigilanter ſervare, noctu dormientes adortus, & alios complures, & eorum duces Hypermonidem, Achladeum, Lyſiſtratum, & Ideothum occidit; ac mox caſtrorum prætorium diripuit. Id facile cognoſcere Lacedæmonii potuerunt ab Ariſtomene, neque ab alio quoquam geſtum. Fecit poſt hæc Ariſtomenes Ithomatæ Jovi ſacrum, quod Hecatomphonia vocant, *quaſi Centicidium dicas*. Id ſacrum fieri patrio inſtituto veteri traditum ab iis qui in pugna hoſtes centum occidiſſent. Prima itaque, cum ad Apri monumentum pugnatum eſt, Hecatomphonia fecit Ariſtomenes; altera, cum oppreſſos nocturna pugna Corinthios occidiſſet; tertia ab eodem peracta ſacra referunt,

γυσι καὶ ὅτι τ ὕστερον θύσειν καταδρομαῖς θυσίαν τελίτω.

Λακεδαιμόνιοι δὲ (ἐπῆκτο γὰρ Ταχίνθια) ἄγουσι τοὺς ἐν τῇ Εἴρᾳ τεσσαράκοντα ἐπιτησίους ἡμερῶν σπονδὰς, καὶ αὐτοὶ μὲν ἀναχωρήσαντες οἴκαδε ἑώρταζον. Κρῆτες δὲ τὸν τόπον (μετεπέμψαντο γὰρ ἔκ τε Λύκτου καὶ ἑτέρων πόλεων μισθωτοὺς) ὅπως σφίσιν ἀνὰ τ Μεσσηνίαν ἐπαλαύνωσι. Ἀριστομένους δ᾽, ἅτε ἐν σπονδαῖς ἀπιστέρως τ Εἴρας γενόμενον καὶ πεποίσθαι ἀδέεστερον, ἐπὶ ἄνδρες δοτὸ τ τοξοτῶν τούτων ἐλόχησαν. Συλλαβόντες δὲ τῶν ἰμάσι οἷς εἶχον ὅτι τ Φαρίτεως, δέεσθαι ἑαυτέρα γὰρ ἐπῆλ. Δύο μὲν δὴ ἓν ἐς Σπάρτην ἀπ᾽ αὐτῶν ἐλθόντες, Λακεδαιμονίοις Ἀριστομένεα εὐηγγελίζοντο ἡλωκέναι· οἱ λοιποὶ δὲ ἐπεχορέσιν ἐς Ἀγελὸν τ ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ. Ἐνταῦθα ᾤκει κόρη σὺν μητρὶ παρθένος, πατρὸς ὀρφανή. Τῇ δὲ πεστέρᾳ νυκτὶ εἶδεν ὄψιν ἡ παῖς, ὡς λέοντα ἐς τὸν ἀγρὸν λύκοι σφίσιν ἤγαγον δεδεμένον, καὶ σφι ἔχοντι ὄνυχας, αὐτὴ δ᾽ ἐ δεσμῶ τ λέοντα ἀπέλυσε, ὁ ἀνδρῶσι ἔδωκε τὸς ὄνυχας· ἔτω τε Δίμαιναθλῶαι τοὺς λύκους ἔδοξεν· ὁ δ᾽ λέοντος. Τότε δὲ ὡς τ Ἀριστομένεα ἐσήγαγσιν οἱ Κρῆτες,

referunt, aliis excurſionibus *pari, aut eo majore, cæſo hoſtium numero.*

Spartani Hyacinthiis quæ jam aderant, *ſolemni ritu* interfuturi, dierum quadraginta inducias cum Meſſeniis qui in Ira ſedem habebant, pepigerunt. Ac dum illi quidem ludos celebrant, Cretenſes Sagittarii è Lycto & aliis Cretæ urbibus evocati, interea in agrum Meſſeniorum excurſiones facere non deſinebant. Aberat Ariſtomenes ab Ira. Ei ſecurius induciarum fiducia vaganti, inſidias ex eo Sagittariorum numero ſeptem faciunt; captumque (quod nox appeteret) pharetrarum loris vinciunt. Mox id ex illis duo gratulabundi Spartam nunciant, captum Ariſtomenem; reliqui in tugurium quoddam Meſſenici agri captivum pertrahunt. Habitabat in eo gurguſtio orba patre virgo, una cum matre ſua: ea ſuperiore proxima nocte per ſomnium viſa fuerat ſibi videre, pertrahi illuc à lupis leonem vinctum ereptis unguibus; illum ſe è vinculis exemiſſe, & cum eo tanquam cum viro congreſſam, ungues illi dediſſe; nec multo poſt à leone lupos laniatos. Deducto itaque à Cretenſibus *ad eum caſum* Ariſtomene,

τες, συνεφρόνησεν ἡ παρθένος ὕπαρ ἥκειν τὸ ἐν τῇ νυκτὶ οἱ πέφηνὸς, καὶ ἀνηρώτα τὴν μητέρα ὅστις εἴη· μαθοῦσα δὲ ἐπερρώσθη τε, καὶ ἀπιδοῦσα ἐς αὐτὸν, τὸ προσταχθὲν συνῆκεν. Οἶνον οὖν τοῖς Κρησὶν ἐγχέουσα, ἀνεδίδου· καὶ ὡς σφᾶς ἡ μέθη κατελάμβανεν, ὑφαιρεῖται οὗτος μάλιστα ὑπνωμένου τὸ ἐγχειρίδιον· τὰ μὲν δὴ δεσμὰ οὗτος Ἀριστομένους ἔτεμεν ἡ παρθένος· ὁ δὲ παραλαβὼν τὸ ξίφος διειργάσατο. Ταύτην τὴν παρθένον λαμβάνει γυναῖκα Γόργος Ἀριστομένους· ἐδίδου δὲ Ἀριστομένης, τῇ παιδὶ ἐκ τίνων σῶστρα· ἐπεὶ Γόργῳ οὐκ ἦν πωδέκατον καὶ ὄγδοον ἔτος, ὅτε ἔγημεν.

Ἐνδεκάτῳ δὲ ἔτει τῆς πολιορκίας, τήν τε Εἶραν ἐπέπρωτο ἁλῶναι, καὶ ἀναστάτους γενέσθαι Μεσσηνίους· καὶ δὴ σφίσιν ἐπετέλεσεν ὁ θεὸς Ἀριστομένει καὶ Θεόκλῳ χρησθέντι. Τούτοις γὰρ ἐλθοῦσιν ἐς Δελφοὺς μετὰ τὴν ἐπὶ τῇ Τάφρῳ πληγὴν, καὶ ἐπερομένοις ὑπὲρ σωτηρίας, τοιόνδε εἶπεν ἡ Πυθία.

Ἐς τε τράγος πίνῃσι Νέδης ἑλικόῤῥοον ὕδωρ,
Οὐκ ἔτι Μεσσήνην ῥύομαι· σχεδόθεν γὰρ ὄλεθρος.

Εἰσὶ

mene, agnovit puella expressam vero eventu somnii imaginem: quæsivit ex matre quisnam ille esset; auditoque viri nomine confirmavit se; & cum in eum intueretur, facile quod significaret, intellexit. Vinum itaque *largius* Cretensibus fudit; cumque se vino omnes obruissent, ei quem graviore somno consopitum animadvertit, pugiunculum eripuit; eo abscidit vincula Aristomenis, qui protenus insidiatores jugulavit suos. Virginem illam pro navata saluti suæ opera, à filio suo Gorgo uxorem accipi voluit Aristomenes, cum tamen non esset ille annorum major decem & octo.

Undecimo tandem postquam obsideri cœpta est anno, Ira pro fati sui necessitate, expugnata est; & Messenii illinc ejecti, novas sedes quærere coacti sunt. Et sane, quæ de salutis ratione post cladem ad Fossam acceptam, sciscitantibus Aristomeni & Theoclo Delphicus Apollo responsa dederat, ipso rei eventu comprobata sunt. His autem versibus respondit fatidica virgo.

Capra Nedes gelidas dum non potaverit undas,
Messenen servo; post instant tristia fata.

Εἰσὶ δὲ αἱ πηγαὶ τ̃ Νέδας ἐν ὄρ̃ει τ̃ Λυκαίῳ· προελθὼν δ̓ ὁ ποταμὸς διὰ τ̃ Αρκάδων, καὶ ἀπορρέψας αὖθις εἰς τ̃ Μεσσηνίαν, ὁρίζει τὰ ἀπὸ θαλάσσης Μεσσηνίοις καὶ Ηλείοις τ̃ γεῖτ̃. Τότε δὲ οἱ μὲν τ̃ αἶγας τ̃ ἄρρενας ἐδεδοίκεσαν, μὴ πίνωσιν ἀπὸ τ̃ Νέδας. Τοῖς δὲ ἄρα ὁ δαίμων προεσήμαινε τοιόνδε. Τὸ δένδρον τ̃ ἐλαίου εἰσὶν Ελλήνων οἱ καλοῦσιν ὄλυνθον, Μεσσήνιοι δὲ αὐτὸ τράγον. Τότε δ̃ν προ̃ς τ̃ Νέδᾳ πεφυκὼς ἐλαιὸς, οὐκ ἐς εὐθὺ ηὔξετο· ἀλλὰ ἔς τε τὸ ῥεῦμα ἐπέκλινε, καὶ ὕδατος ἄκροις τοῖς φύλλοις ἐπέψαυε. Θεασάμενο̃ δὲ ὁ μάντις Θέοκλος συνεβάλλετο, ὡς τ̃ τράγον τ̃ πίνοντα ἐκ τ̃ Νέδας προσεῖπεν ἡ Πυθία τ̃ ἐλαίου τ̃τον, καὶ ὡς ἤδη Μεσσηνίοις ἥκοι τὸ χρεών· καὶ ἐς μὲν τ̃ν ἄλλως ἔχειν ἐν ἀπορρήτῳ, Αριστομένει δ̓ προ̃ς τε τ̃ ἐλαίου ἤγαγε, καὶ ἀνεδίδασκεν, ὡς τ̃ σωτηρίας ἐζήκοι σφίσιν ὁ χρόνο̃· Αριστομένης δὲ ἔχειν ἄτοπα ἐδόκει· καὶ ἀναβολὴν οὐκ ἐπ εἶναι σφίσιν, προσενόησαντο καὶ ἐκ τ̃ παρόντων.

Καὶ λύ γάρ τι ἐν ἀπορρήτῳ τοῖς Μεσσηνίοις· ἔμελλε δὲ ἀφανισθὲν, ἐπισκήψειν τινὶ Μεσσηνίων κρύψαν τ̃ πάντα αἰῶνα.

Sunt autem Nedæ fontes in monte Lycæo: fluvius ipse per Arcadas lapsus, verso in Messeniam alveo, Messeniorum & Eleorum fines maritimos dividit. Ac tunc illi quidem *capti ambiguis verbis* providendum sibi putarunt ne hirci de Neda potarent. Aliud vero longe innuerat Deus, quod fuit hujusmodi. Caprifici stirpem è Græcis plerique *Olynthon*, Messenii *Caprum* nominant. Eo quidem tempore caprificus forte in ripa Nedæ enata, cum non in sublime se crescens erexisset, sed in amnem prona inclinasset, extremis jam frondibus aquam contingebat: id Theoclus vates conspicatus, *argute* conjecit, illam caprifici plantam, hircum esse, qui de Neda, sicuti Pythia prædixerat, biberet; ac jam fatale Messeniis exitium imminere. Re tamen apud alios dissimulata, uni Aristomeni ad eum locum deducto, oraculum explicat, hominique quod res erat persuadet, tempus quo reliquum quid spei erat, effluxisse, civitatis suæ perniciem differri amplius nullo pacto posse: quod ipsum tamen Aristomenes etiam *partim* ex præsenti rerum statu, *partim ex fatorum aliis quibusdam monitis* præsenserat.

Quare cum haberent arcana quædam *sacra* Messenii, quibus violatis funditus in posterum omne tempus Messenen occasuram, sin

αἰῶνα· Φυλαχθὲν δὲ, οἱ Λύκου τοῦ Πανδίονος χρησμοὶ Μεσσηνίους ἔλεγον χρόνῳ ποτὲ ἀνασώσεσθαι τὴν χώραν. Τοῦτο δὴ ὁ Ἀριστομένης, ἅτε ἐπιστάμενος τοὺς χρησμοὺς, ἐπεὶ νὺξ ἐγίγνετο, ἐκόμιζε, παραγενόμενος δὲ ἔνθα τῆς Ἰθώμης ἦν τὸ ἐρημότατον, κατώρυξεν ἐς Ἰθώμην τὸ ὄρος, καὶ Δία Ἰθώμην ἔχοντα καὶ θεοὺς οἱ Μεσσηνίους ἐς ἐκεῖνο ἔσωζον, φύλακας μεῖναι τῆς παρακαταθήκης ἡγούμενος, μηδὲ ἐπὶ Λακεδαιμονίοις ποιῆσαι τὴν μόνην καθόλου Μεσσηνίοις ἐλπίδα.

Μετὰ δὲ τοῦτο τοῖς Μεσσηνίοις ἤρχετο, καθὸ καὶ Τρωσὶν ἔτι πρότερον, γίγνεσθαι κακὰ ἀπὸ μοιχείας. Ἐπεκράτουν μὲν αὐτοὶ, ἐπεὶ ἐκράτουν τοῦ τε ὄρους καὶ οὗ πρὸς τὴν Εἶραν, ἄχρι τῆς Νέδας. Ἦσαν δὲ οἰκήσεις καὶ ἔξω πυλῶν ἐνίοις. Αὐτόμολος δὲ ἐς αὐτοὺς ἐκ τῆς Λακωνικῆς, ἄλλος μὲν ἀφίκετο οὐδείς· οἰκέτης δὲ Εμπεράμου βουκόλος ἐλαύνων τοῦ δεσπότου τὰς βοῦς· ὁ δὲ Εμπέραμος ἦν ἀνὴρ ἐν Σπάρτῃ δόκιμος. Οὗτος ὁ βουκόλος ἔνεμεν οὐ πόῤῥω τῆς Νέδας. Ἀνδρὸς οὖν τῶν Μεσσηνίων τῶν οὐκ ἐντὸς τείχους ἐχόντων οἴκησιν, γυναῖκα εἶδεν ἐφ' ὕδωρ ἐλθοῦσαν. Ἐρασθεὶς δὲ, διαλεχθῆναι ἐτόλμησε· καὶ δοὺς

sin conservata illa fuissent, redivivum olim imperium ex ipsis ruinis emersurum Lyci Pandionis filii vaticinii prædictum fuerat; neque id ignoraret Aristomenes, noctu *clam* egressus in maxime devia ac deserta Ithomes parte, sacra ea defodit; Jovi Ithomatæ & Diis cæteris, quorum ope ad eum diem Messeniorum res steterat, ratus curæ fore, ut incolume depositum conservaretur; neque omnino id in Lacedæmoniorum potestatem veniret, quod jam solum, ad posteri temporis spem, Messenici nominis reliquum haberent.

Iis autem temporibus Messenios, ut olim Trojanos, *diverso tamen modo*, adulterium ad extremum exitium perpulit. Ira occupata, subjectos etiam monti campos usque ad Nedæ ripas tenebant. Habitabant nonnulli paulum extra portas: ad quos accessit perfuga quidam Empirami, hominis inter Spartanos clari, servus: is cum domini pecus pasceret, quotidie fere boves præ se ad Nedam agebat. Ibi Messenii hominis in suburbano habitantis uxorem aquatum venientem conspicatus, ejus amore captus est. Fœminam primo *benignis verbis* ad colloquium, deinde

δὲς δῶρα, συγγένεσθαι. Καὶ ἀπὸ τούτου τὴν ἄνδρα περιφύλασσεν αὐτῆς, ὁπότε ἀποχωρήσειεν ἐς τὴν Φρουράν· ἀνὰ μέρος δὲ τοῖς Μεσσηνίοις τὴν ἀκροπόλεως ἐπήγετο ἡ Φυλακή· τούτῳ γὰρ τοῦ πολεμίους μάλιστα ἐδεδοίκεσαν, μὴ ὑπερβάντων αὐτοῖς ἐς τὴν πόλιν· ὁπότε ἄν ἀπέχωρήσῃ, τὴν γυναῖκα ὁ βουκόλος ἐφοίτα ἐπὶ τὴν γυναῖκα. Καί ποτε ἔτυχεν σὺν ἄλλοις ἐς ἐκεῖνον τὸν χειμῶνα ἐν τῇ νυκτὶ φυλακὴν. Ἐπεὶ δὲ ὕειν πολλῷ τὴν θεὸν, ἐκλείπουσιν οἱ Μεσσήνιοι τὴν Φρουράν· τὸ γὰρ ὕδωρ ἐβιάζετο σφᾶς ἀθρόον ἐκ τοῦ ὄρους καταχεόμενον, ὅτε ἐπάλξεων ἀποδομημένων, ὅτε πύργων ἀπὸ τοῦ ἀναβῆναι τὸ τεῖχος. Καὶ ἅμα δὲ καὶ κινούσης τοῦ Λακεδαιμονίους ἤλπιζεν ἐν ἀσελήνῳ νυκτὶ, καὶ ὅτω χείμερος. Ἀρισμένης δὲ ὑπὸ πολλαῖς ὑστέρου ἡμέραις Κεφαλλῆνα ἔμπορον, ἑαυτῷ ξένον, καὶ ἐσάγοντα ἐς τὴν Εἰρεαν ὅπλων ἐδέοντο, ἐάλωσάν τοῦ Λακεδαιμονίων τὸν τοτῶν Ἀπεραίων, ὧν ἦρχεν Εὐρύαλος Σπαρτιάτης· τοῦτον τὸν Κεφαλλῆνα ἀφαιρέμενον, ἐκεῖνον μὲν καὶ τὰ χρήματα ὅπισω ἦγεν, ἀπίσωσεν· αὐτὸς δὲ ἐτέτρωτο, καὶ σὺν ἐδύνατο ἀπιφοιτᾶν τοῖς φυλάσσοις,

deinde donis ad ſtupri conſuetudinem pellexit. Obſervabat hic quo tempore ejus vir cuſtodias obiret, ſuam enim quæque vicem civitatis pars arcis præſidium obtinebat; nam ab ea maxime parte, ne intra mœnia ſe inferret hoſtis, metuebant. Qua itaque hora domo ille diſcedebat, bubulcus ad ejus uxorem ventitabat. Forte ita accidit ut eſſet illi nocturna vigilia cum præſidiariis militibus obeunda, per effuſiſſimos vero ea nocte imbres ſtationem deſerere cogerentur qui excubabant. Ut enim in feſtinatis munitionibus, neque projectum muri, neque turres habebant, quo cœli incommoda effugerent; & eo quidem ſecurius abiere, quod pluvia & hyberna nocte, ſilente luna, negotium ut ſibi hoſtis faceſſeret, nihil verebantur. Præterea Ariſtomenes vigilias pro more circumire non poterat: nam cum non multis ante diebus Lacedæmonii, aſſumtis Aptereis jaculatoribus, Euryalo Spartano duce, Cephallenium mercatorem, frumenta & alios quibus opus erat commeatus Iram ſolitum comportare, interceperint; illum Ariſtomenes *publice* ſibi *ac privatim* hoſpitem, cum omni ejus pecunia in integrum reſtituit: vulnus autem ipſe in

pugna

λάσσουσι, καθάπερ εἰώθει· τοῦτο μάλιστα αἴτιον ἐγένετο ἐκλειφθῆναι τὴν ἀκρόπολιν. Τῶν τε δὴ ἄλλων ἕκαστος ἀνεχώρησεν ἀπὸ τῆς φρουρᾶς, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ βουκόλου μοιχευομένης ὁ ἀνήρ. Ἡ δὲ τηνικαῦτα ἔνδον εἶχε τὸν βουκόλον, αἰσθάνεταί τε τοῦ ἀνδρὸς ἐπιόντος, καὶ αὐτίκα ὡς τάχους εἶχεν, ἀποκρύπτει τὸν ἄνθρωπον. Εσελθόντα δὲ τὸν ἄνδρα ἐφιλοφρονεῖτο, ὡς οὔπω πρότερον, καὶ ἠρώτα καθ' ἥν τινα αἰτίαν ἥκοι. Ὁ δὲ οὔτε μοιχευομένην εἰδὼς, οὔτε ἔνδον ὄντα τὸν βουκόλον, ἐχρῆτο τῷ ἀληθεῖ λόγῳ· καὶ αὐτός τε διὰ τοῦ ὄμβρου τὸ βίαιον καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ἔφασκεν ἀπολελοιπέναι τὴν φρουράν. Επηκροᾶτο δὲ λέγοντος ὁ βουκόλος· καὶ ὡς ἀκριβῶς ἐπύθετο ἕκαστα, αὖθις ἐκ τῶν Μεσσηνίων ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀφίκετο αὐτόμολος.

Λακεδαιμονίοις δὲ οἱ μὲν βασιλεῖς ἀπὸ στρατοπέδου τηνικαῦτα ἀπῄεσαν. Πολεμαρχῶν δὲ τότε Εμπέραμος ὁ τοῦ βουκόλου δεσπότης, προεκάθητο τῇ Εἴρᾳ. Αφικόμενος οὖν ἐς τοῦτον, πρῶτα μὲν τὸ ἐπὶ τῷ δρασμῷ παρῃτεῖτο ἁμάρτημα· δεύτερα δὲ ἀνεδίδασκεν, ὡς τὴν Εἶραν ἐν τῷ παρόντι μάλιστα αἱρήσουσιν, αὐτὰ ἕκαστα ὁπόσα ᾔσθετο τοῦ Μεσσηνίου διηγούμενος.

pugna acceperat. Imperatoris itaque metu soluti vigiles, eo licentius præsidium deseruere; atque in eo desertorum numero Spartani pastoris amicæ vir fuit. Domum itaque rediit ille, cum intus esset adulter. Id ubi sensit mulier, quam celerrime potuit occultato amatore, virum benignius etiam multo quam consueverat, accipit. Percontatur deinde, quamobrem *spe sua* celerius redisset. Hic ille, qui neque corruptam uxorem, neque mœchum domi suæ latere poterat suspicari, veram exponit facti causam; tempestatis vi non se magis quam socios omnes è præsidio pulsos. Subauscultabat pastor; simul ac itaq; nudatam arcem præsidio intellexit, quam raptim potuit in castra Lacedæmoniorum effugit.

Aberat Rex uterque; & bubulci dominus Emperamus, copiis quæ Iran obsidebant, præfectus fuerat. Ad eum perductus, deprecatur primum noxam fugæ bubulcus: deinde docet, appositum illud esse ad Iran capiendam tempus; quæ ex Messenii oratione exceperat, singula totidem verbis referens.

μένος. Εδοξέ τε δὴ λέγειν πιστὰ, καὶ ἡγεῖτο Εμπεράμῳ καὶ τοῖς Σπαρτιάταις· ἦν δὲ ἡ πορεία χαλεπὴ σφίσιν, ἅτε ἐν σκότῳ, καὶ οὐκ ἀνιέντος τοῦ ὑετοῦ· ὅμως δὲ ὑπὸ προθυμίας ἤνυσαν, καὶ ὡς κατὰ τὴν ἀκρόπολιν τῆς Εἴρας ἐγίνοντο, ὑπερέβαινον κλίμακάς δὲ προστιθέντες, καὶ ὅτῳ τὶς ἐδύνατο ἄλλῳ τρόπῳ. Τοῖς δὲ Μεσσηνίοις παρείχετο μὲν τοῦ παρόντος κακοῦ καὶ ἄλλα αἴσθησιν, μάλιστα δὲ οἱ κύνες οὐ κατὰ τὰ εἰωθότα ὑλακτοῦντες, ἀλλὰ συνεχεστέρᾳ καὶ βιαιοτέρᾳ τῇ κραυγῇ χρώμενοι. Γνόντες οὖν τὸν ὕστατον ὁμοῦ καὶ ἀναγκαιότατον σφᾶς ἀγῶνα ἐπειληφότα, οὐδὲ τὰ ὅπλα ἅπαντα ἀνελάμβανον· ἀλλ' ὅτῳ προχείρῳ μάλιστα τύχοι τὶς, ἁρπάζοντες ἤμυνον τῇ πατρίδι, ἡ μόνη σφίσιν ἐλείπετο ἐκ τῆς Μεσσηνίας πάσης. Πρῶτοι δὲ ᾔσθοντο ἔνδον τῶν πολεμίων ὄντων, καὶ ἐβοήθουν ἐπ' αὐτοὺς πρῶτοι, Γόργος τε ὁ Αριστομένους, καὶ Αριστομένης αὐτὸς, Θεόκλός τε ὁ μάντις, καὶ ὁ Μάντικλος ὁ Θεόκλου. Σὺν δὲ αὐτοῖς Εὐεργετίδας ἀνὴρ καὶ ἄλλως ἐν Μεσσήνῃ τιμώμενος, καὶ διὰ τὴν γυναῖκα ἐπὶ πλέον ἀξιώματος ἥκων. Αδελφὴν γὰρ εἶχεν Αριστομένους Αγναγόραν. Τότε δὲ οἱ μὲν ἄλλοι συνιέντες ὡς ἐν δικτύοις εἰσὶν

referens. Habita est ejus verbis fides; ac mox eundem servum suum itineris ducem secutus Emperamus, via perdifficili, per densissimas tenebras, nihil imbre remittente, superatis tamen animi alacritate difficultatibus, ad arcem agmen deduxit: ibi scalis admotis, & quo quisque eniti valuit modo, munimenta transcenderunt. Inde Messeniis imminens exitium & alia portenderant signa, & canum voces observatæ sunt, non quales latrantium esse consueverunt, sed vehementes & perpetui ululatus. Quare cum in summum jam discrimen rem deductam viderent, non undique contractis armis, & apparatu universo, sed *passim* eo quisque telo arrepto quod casus obtulisset, glebam eam, in qua sola jam ex omni Messenia patriæ nomen remanserat, tutari conabantur. Primi hostem esse intra muros sensere, primique cum armis occurrerunt, Gorgus Aristomenis filius, & Aristomenes ipse; cumque illis Theoclus vates, & item Theocli filius Manticlus: præterea Evergetidas, vir cum per se egregius & honoratus, tum per nuptias nobilitatus; nupta enim cum eo erat Hagnagora Aristomenis soror. At tunc quidem, quamvis se quasi intra retia captos, atq; undique circumventos

εἰσὶν ἐσχημένοι, ὅμως καὶ ἐκ τῶν παρόντων εἶχόν τινα ἐλπίδα.

Αριστομένης δὲ καὶ ὁ μάντις ἠπίσταντο μὲν οὐδεμίαν ἔτι ἀναβολὴν ὀλέθρου Μεσσηνίοις οὖσαν, ἅτε εἰδότες καὶ τὸν χρησμὸν ὃν ἠνίξατο ἐς τὸν τράγον ἡ Πυθία. Επέκρυπτον δὲ οὐδὲν ἧσσον, καὶ ἦν σφίσιν ἐς τοὺς ἄλλους ἀπόῤῥητον. Επιόντες δὲ τὸν πόλιν σπουδῇ, καὶ ἐπὶ πάντας ἐρχόμενοι, τοῖς τε ἐντυγχάνουσιν ὁπότε αἰσθάνοιντο ὄντας Μεσσηνίους, παρεκελεύοντο ἄνδρας ἀγαθοὺς εἶναι, καὶ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀνεκάλουν τοὺς ἔτι ὑπολειπομένους. Εν μὲν δὴ νυκτὶ οὐδὲν ἄξιον ἐπράχθη λόγου παρ' οὐδετέρων. Τοῖς μὲν γὰρ ἡ ἀπειρία τῶν τόπων, καὶ ἡ τόλμα Αριστομένους παρεῖχε μελλησμόν· τοῖς δὲ Μεσσηνίοις οὔτε πρῶτα τῶν στρατηγῶν σύνθημα ἐγεγόνει φθανόντας εἰληφέναι. Τάς τε δᾷδας ἢ εἴ τινα λαμπτῆρα ἀλλοῖον ἅψαιτό τις, ὕων ἂν ἐσβέννυεν ὁ θεός. Επειδὴ δὲ ἡμέρα τε ἦν, καὶ ἀλλήλους καθορᾷν ἐδύναντο, ἐνταῦθα Αριστομένης καὶ Θέοκλος ἐπειρῶντο ἐς πᾶσαν ἀπόνοιαν προάγειν τοὺς Μεσσηνίους, ἄλλα τε ὁπόσα εἰκὸς ἦν διδάσκοντες, καὶ Σμυρναίων τὰ τολμήματα ἀναμιμνήσκοντες· ὡς Ιώνων μοῖρα ὄντες, Γύγην τὸν Δασκύλου καὶ Λυδοὺς ἔχοντας σφῶν τὴν πόλιν, ὑπὸ ἀρετῆς καὶ προθυ-

cumventos & oppressos animadverterent, spei tamen adhuc aliquid, ut in perditis rebus, habuere.

Aristomenes quidem & vates satis norant patriæ fata differri amplius non posse (tenebant enim memoria, quid oraculi de capro ambagibus significatum fuisset) neque id tamen, *ne patria quidem jam cadente*, prodendum esse vulgo putarunt: quin festinanter per oppidum discursantes, ac modo hos modo illos prensantes, ut quisque obvius esset factus, hortabantur, à pristina virtute ne desciscerent; alios etiam è suis ad rem gerendam domibus cunctantes evocabant. Atque ea quidem nocte nihil ab alterutris memorabile gestum est, illos enim cum locorum inscitia, tum vero Aristomenis metus reddebat segniores. His neque vacarat accipere à ducibus tesseram; ac si vel faces, vel aliud quodvis lumen accendissent, id statim venti vis extinguebat. Ut primum illuxit, & se mutuo conspexerunt, Aristomenes & una Theoclus, cives ut extrema omnia auderent incitabant, & alia commemorantes, & in primis insigne illud Smyrnæorum facinus, qui cum partem Ioniæ obtinerent, Gygen Dascyli filium, qui urbem magnis Lydorum copiis oppressam tenebat, virtute & animi præsentia

προθυμίας ἐκβάλοιεν. Οἱ Μεσσήνιοι δὲ ἀκούοντες ἀπονοίας τὲ ἐνεπίπλαντο, καὶ συνιστάμενοι καθ' ὁπόσους ἕκαστοι τύχοιεν ἐφέροντο ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους, ὥρμησαν δὲ καὶ γυναῖκες τῷ κεράμῳ, καὶ ὅτῳ δύναιτο ἑκάστη, τοὺς πολεμίους βάλλειν. Τοῦτο μὲν δὴ μὴ δρᾶσαι σφᾶς, μηδὲ ἐπιβῆναι τῶν τεγῶν, οὐ ὄμβρου τὸ βίαιον ἐπεκώλυε· λαβεῖν δὲ ὅπλα ἐτόλμησαν, καὶ τοῖς ἀνδράσιν ἐπὶ πλέον αὖται τὴν τόλμαν ἐξῆψαν· ὁπότε καὶ τὰς γυναῖκας ἑώρων προτιμώσας συναπολέσθαι τῇ πατρίδι, ἢ ἀχθῆναι δούλας ἐς Λακεδαίμονα. Ὥστε κἂν παρελθεῖν ἠδυνήθησαν τὸ πεπρωμένον. Ἀλλὰ ὁ θεὸς τὸ ὕδωρ ἐπήγαγεν ἀθρόον μᾶλλον μετὰ ἰσχυροῦ τῶν βροντῶν οὐ ψόφου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐναντίαις ταῖς ἀστραπαῖς ἐξέπληττε. Τοῖς δὲ Λακεδαιμονίοις ταῦτα πάντα παρίστη φρόνημα, καὶ αὐτὸν ἀμύνειν σφίσιν ἔφασαν τὸν θεόν· καὶ (ἤστραπτε γὰρ τούτοις κατὰ δεξιὰ) ἀπέφαινεν Ἑκατὸς ὁ μάντις, ὡς αἴσιον εἴη τὸ σημεῖον.

Οὗτος δὲ καὶ στρατήγημα ἐξεῦρε τοιόνδε. Ἀριθμῷ καὶ πολὺ οἱ Λακεδαιμόνιοι περιῆσαν. Ἅτε δὲ οὐκ ἐν εὐρυχωρίᾳ σφίσιν, οὐδὲ κατὰ σύνταγμα ἐγγινομένης τῆς μάχης, ἄλλων δὲ

sentia ejecerant. Quibus auditis Messenii, ipsa subnisi rerum desperatione, in hostes, qua cuique viam fortuna ostendebat, irruerunt. Ipsæ etiam fœminæ de superiori loco tegulas, & aliud quicquid missile nancisci potuissent, ejaculari conabantur: sed quo minus tecta scandere possent, procellæ vis obstabat: arma vero capere ausæ, virorum alacritatem inflammabant, cum eas illi perspicerent, malle in patria mortem oppetere, quam in servitutem Spartam trahi. Ea *animorum conspiratione* fortasse fati sui iniquitatem superare potuissent, nisi effusi multo etiam violentius imbres, crebris cum tonitribus & fragore micante ob oculos cœlo, omnia pavore complessent; contra vero hosti confidentiam addidissent, Deos à se stare interpretanti; præsertim vero cum fulgente ad dexteram Jove, læta omnia Hecatus aruspex nunciasset.

Et ille quidem ejusmodi consilii autor fuit. Lacedæmoniorum copiæ numero longe superiores fuere; verum cum non æquo campo, aut ordinato agmine, sed qua quisque in urbis parte congressus cum hoste esset, manus consererentur, facile eveniebat ut postremi

δὲ ἄλλῳ τῆς πόλεως ποιουμένων τὴν ἀγῶνα, ἀχρείους ἀπὸ ἑκάστης τάξεως συνέβαινεν εἶναι τοὺς τελευταίους. Τούτους ἐκέλευεν ἀποχωρήσαντας ἐς τὸ στρατόπεδον, σιτίων μεταλαβεῖν καὶ ὕπνου, καὶ αὖθις πρὸς ἑσπέρας ἥκειν τοῖς ὑπομείνασιν αὐτῶν διαδεξομένους τὴν πόνον. Καὶ οἱ μὲν ἀναπαυόμενοί τε καὶ ἀναμέρος μαχόμενοι μᾶλλον ἀντήρκουν. Τοῖς δὲ Μεσσηνίοις πανταχόθεν παρίστατο ἀπορία. Μεθ' ἡμέραν γὰρ ἀεὶ καὶ νύκτα συνεχῶς οἱ αὐτοὶ τρίτην ἠμύνοντο. Ἤδη τε ἡμέρα ἦν, καὶ ἥ τε αὐπνία καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ τὸ ὕδωρ τε καὶ ῥῖγος ἐπίεζε σφᾶς, ὅτε λιμὸς καὶ ἡ δίψα ἐπέκειτο. Μάλιστα δὲ αἱ γυναῖκες ἀηθείᾳ τε πολέμου, καὶ τῇ συνεχείᾳ τῆς ταλαιπωρίας ἀπειρήκεσαν. Παραστὰς οὖν ὁ μάντις Θέοκλος πρὸς Ἀριστομένην εἶπε. "Τί μάτην τόνδε ἔχεις τὴν πόνον; ἁλῶναι Μεσσήνην πάντως ἐστὶ πεπρωμένον. Συμφορὰν δὲ τὴν ἐν ὀφθαλμοῖς, πάλαι τε ἡμῖν προεσήμαινεν ἡ Πυθία, καὶ ἔναγχος ὁ ἐρινεὸς ἔδειξεν. Ἐμοὶ μὲν οὖν ὁ θεὸς αὐτῷ κοινὴν πρὸς τὴν πατρίδα ἐπάγει τὴν τελευτήν. Σὺ δὲ σώζειν μὲν, ὡς δυνάμεως ἥκεις, Μεσσηνίους, σώζειν δὲ καὶ σαυτόν. Ἐπεὶ δὲ εἶπε πρὸς τοῦτον, ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἔθει. Καὶ οἱ καὶ ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους ἔπεισιν ἐκβοῆσαι τοσόνδε· "Ἀλλ' οὔτοι τὴν πάντα γε χρόνον χαίροντες καρπώσεσθε "τὰ

mi quique prorsus essent inutiles. Hos ut in castra se reciperent Hecatus jussit, ibique corpora cibo ac somno curarent; cum advesperasceret, adessent, fessos levaturi. Quo factum, ut cum fatigatis vicissim recentes succederent, facile pugnæ labor sustineri potuerit. At contra, Messeniis desperatione omnia plena; tertium nam jam diem, & noctem tertiam iidem pro statione excubarant. Vigilia itaque, pluvia, & gelu, fame ad hæc & siti confecti prope erant: maxime vero fœminas ex armorum insolentia, laborum assiduitas fregerat. Ibi Theoclus vates Aristomenem appellans. *Quid frustra,* inquit, *operam perdis? expugnari Messenen fato omnino decretum est. Imminentem certe calamitatem jampridem Delphici Apollinis vox nobis prænunciavit; atque id ipsum caprificus nuper aperte ostendit; me mens & fata jubent una cum patria cadere: tu cives tuos, ac te ipsum periculo exime.* Hæc locutus, in hostes fertur: ac vociferans, *non fore illis perpetuæ voluptati eam victoriam, nec perpetuo possessuros Messeniorum opes,* in

"τὰ Μεσσηνίων. Μετὰ τοῦτο τοῖς καθ' αὐτὸν ἀνθεστηκόσιν ἐμπεσὼν, ἐκείνους τε ἔκτεινε, καὶ αὐτὸς ἐπιτρώσκετο· προεμπλήσας δὲ τὸν θυμὸν τῷ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν, ἀφίησι τὴν ψυχήν. Ἀριστομένης δὲ ἀπὸ τῆς μάχης ὀπίσω τοῦ Μεσσηνίους ἀνεκάλει, πλὴν ὅσοι κατὰ ἀνδραγαθίαν αὐτῷ προσεμάχοντο· τούτους δὲ εἴα κατὰ χώραν μένειν. Τοῖς δὲ λοιποῖς προσέταξε τὰς γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα ἐντὸς τῆς τάξεως ἔχοντας ἐπακολουθεῖν, ᾗπερ ἂν αὐτὸς παρέχῃ διέξοδον. Καὶ τούτων μὲν τοῖς τελευταίοις Γόργον καὶ Μάντικλον ἐπέστησεν ἄρχοντας· αὐτὸς δὲ ἀναδραμὼν ἐς τοῦ προτεταγμένους, τῆς τε κεφαλῆς τῷ νεύματι, καὶ οὐ δόρατος τῇ κινήσει δῆλος ἦν διέξοδόν τε αἰτούμενος, καὶ ἀποχωρεῖν ἤδη βεβουλευμένος. Τῷ τε οὖν Εμπεράμῳ καὶ Σπαρτιατῶν τοῖς παροῦσι διεῖναι τοῦ Μεσσηνίους ἤρεσκε, μηδὲ λυσσῶντας ἀνθρώπους καὶ ἐς τὸ ἔσχατον ἀπονοίας ἥκοντας ἐξαγριᾶναι πέρα. Καὶ ἅμα οὕτω σφᾶς ποιεῖν Εκατος ὁ μάντις ἐκέλευεν.

Οἱ δὲ Αρκάδες παραυτίκα τε τὴν κατάληψιν ἐπυνθάνοντο τῆς Εἴρας, καὶ αὐτίκα τὸν Αριστοκράτην ἐκέλευον σφᾶς ἄγειν, ὡς ἢ σώσοντας Μεσσηνίους, ἢ σὺν αὐτοῖς ἀπολουμένους. Ο δὲ ἅτε ἐκ τῆς Λακεδαίμονος δεδεγμένος δῶρα, οὔτε ἄγειν ἤθελεν, εἰδέναι τε ἔφασκεν οὐδένα ἔτι Μεσσηνίων, ὅτῳ

in obvios quosque irruens, cum animum cæde hostium explesset, accepto vulnere animam efflavit. Aristomenes lectissimos quosque viros, quorum virtus in ea pugna emicuerat, adhuc præliantes reliquit; cæteris è pugna revocatis, ut uxoribus & liberis in medios ordines receptis, quacunque viam fecisset, se sequerentur, imperat. Horum extremo agmini Gorgum & Manticlum præfecit. Ipse in primos ordines hostium irruens, caputque quassans, & hastam vibrans, clarum indicium dedit, per eruptionem effugium quæri. Placuit Emperamo & Spartanorum principibus divisa acie fugientibus viam dare, nimirum homines tanquam rabie quadam percitos, & ad extremam desperationem adactos, non esse amplius irritandos censebant; atque id ut facerent Hecatus vates jussit.

Postquam de Ira capta certiores facti sunt Arcades, *universi* ab Aristocrate postularunt, se ut educeret, quò vel servarent Messenios, vel cum illis perirent. At ille, quippe qui delinitus esset Lacedæmoniorum pecunia, plane recusavit, neminem superesse Messeniorum

ὅτῳ καὶ ἀμυνοῦσιν, ὄντα ὑπόλοιπον. Τότε δὲ ὡς σαφέστερον ἠσθάνοντο περιόντας καὶ ἐκλείπειν τὴν Εἶραν βεβιασμένους, αὐτοὶ μὲν περὶ τὸ ὄρος σφᾶς τὸ Λύκαιον ἔμελλον ὑποδέξασθαι πρεεπιμασάμενοι καὶ ἐσθῆτα καὶ σιτία· ἄνδρας δὲ τῶν ἐν τέλει πέμπουσι παραμυθεῖσθαί τε τοῦ Μεσσηνίους, καὶ ἡγεμόνας τῆς πορείας ἅμα γενέσθαι. Καὶ τοὺς μὲν, ὡς ἐς τὸ Λύκαιον ἀνεσώθησαν, ἐξένιζον, καὶ τὰ ἄλλα εὐνοϊκῶς περιεῖπον οἱ Αρκάδες, κατανέμειν τε ἐς τὰς πόλεις ἤθελον καὶ ἀναδάσασθαι δι' ἐκείνους τὴν γῆν.

Αριστομένει δὲ ὅτε οἶκτος διαρπαζομένης τῆς Εἴρας, καὶ τὸ μῖσος τὸ ἐς τοῦ Λακεδαιμονίους, βούλευμα παρίστησι τοιόνδε. Πεντακοσίους τῶν Μεσσηνίων, οὓς μάλιστα ἠπίστατο αὐτῶν ἀφειδῶς ἔχοντας, ἀποκρίνας ἀπὸ τοῦ πλήθους, ἤρετο σφᾶς ἐν ἐπηκόῳ τῶν τε ἄλλων Αρκάδων καὶ Αριστοκράτους, ἅτε ὄντα προδότην οὐκ εἰδὼς (ἀναδρίᾳ γὰρ καὶ ὑπὸ δειλίας φυγεῖν τότε ἤδη καὶ Αριστοκράτη τῆς μάχης, καὶ οὐ διὰ κακίαν οὐδεμίαν, ἐδόξαζεν αὐτὸν) ὥς τε ἐναντίον καὶ τούτου τοῦ πεντακοσίους ἤρετο, "εἰ τιμωροῦντες τῇ πατρίδι ἀποθνήσκειν σὺν αὐτῷ ἐθε-"λήσουσι. Φαμένων δὲ ἐθέλειν, ἀπεγύμνου τὸ πᾶν, ὡς πάντως "τῆς

niorum cui jam ferri axilium posset, dictitans. Verum cum liquido jam constaret superstites esse Messenios, & vi coactos Iran deserere; ultro cum vestimentis & cibariis eos accepturi ad Lycæum montem Arcades occurrere, præmissis civitatum principibus, qui socios consolarentur, & itinerum duces essent. Cum salvi accessissent jam ad Lycæum, hospitio comiter accepti sunt, ac liberaliter invitati ut per urbes divisi secum manerent; agri etiam pars oblata.

Verum Aristomenes cùm direptæ Iræ miseratione, tum Lacedæmoniorum odio graviter commotus, tale consilium iniit. Selegit ex agmine suo homines quingentos, quos omnium minime vitæ retinendæ cupidos norat. Ibi tota Arcadum multitudine, ipso etiam Aristocrate audiente, quem nondum rescierat patriæ proditorem esse, (quod enim è pugna excessisset, non scelere, sed metu & ignavia factum, opinatus fuerat) ab eo itaque sibi nihil cavens, quærit de suis *nunquid patriam ulti secum, nequaquam recusent mortem oppetere.* Cum assensi essent omnes, quid in animo

"τῆς ἐπιούσης ἑσπέρας ἐπὶ τὴν Σπάρτην ἄγειν μέλλοι. Λακε-
"δαιμονίων γὰρ τότε δὴ μάλιστα ἐς τὴν Εἶραν ἀπῆσαν οἱ πολ-
"λοὶ, καὶ ἄλλοι τε ἐπεφοίτων φέροντες καὶ ἄγοντες τὰ Μεσ-
"σηνίων. Καὶ ἢν μὲν ἑλεῖν τὴν Σπάρτην καὶ κατασχεῖν δυνη-
"θῶμεν (ἔφασκεν ὁ Αριστομένης) ἔστιν ἡμῖν ἀποδόντας Λα-
"κεδαιμονίοις τὰ ἐκείνων, κομίσασθαι τὰ οἰκεῖα· ἁμαρτά-
"νοντες δὲ, ὁμοῦ ἀποθανούμεθά γε μνήμης ἓ τοῖς ἔπειτα ἀξία
"ἐργασάμενοι. Ταῦτα εἰπόντος, τῶν Αρκάδων ὅσον τριακόσιοι,
μετέχειν καὶ αὐτοὶ οὗ τολμήματος ἤθελον, καὶ τότε μὲν ἐπεῖ-
χον τῆς ἐξόδου. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐγίγνετο αὐτοῖς οὐ κατὰ γνώμην.

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ τότε ἀπόῤῥητον ἔγνωσαν σφῶν τοὺς Λακε-
δαιμονίους προπεπυσμένους, καὶ αὐτοὶ δεύτερον ὑπὸ Αριστο-
κράτους προδεδομένοι. Τὰ γὰρ τοῦ Αριστομένους βουλεύματα
αὐτίκα ὁ Αριστοκράτης ἐγγράψας βιβλίῳ, καὶ τὸ βιβλίον
ἐπιθεὶς τῶν οἰκετῶν ὃν ἠπίστατο ὄντα εὐνούστατον, πρὸς Ανάξαν-
δρον ἀπέστελλεν ἐς Σπάρτην. Επανιόντα δὲ τὴν οἰκέτην λοχῶσιν
ἄνδρες τῶν Αρκάδων, διάφοροι καὶ πρότερον τῷ Αριστοκράτει,
σχόντες δ' ἔτι καὶ ὕποπτον τότε ἐς αὐτὸν, λοχήσαντες δὲ τὴν
οἰκέτην ἐπανάγουσιν ἐς τοὺς Αρκάδας, καὶ ἐπεδείκνυον ἐς τὴν
δῆμον

mo haberet aperuit, *quod scilicet inclinante jam die Spartam esset ducturus, cum magna pars Lacedæmoniorum abessent, alii ad Iran pervenissent, alii agendis & rapiendis Messeniorum rebus essent occupati. Nam si ita* (inquit) *ceciderit ut volumus, & Sparta fuerimus potiti, possumus illis sua reddere, nostra recipere: sin aliter evenerit, una cademus omnes, illustrem conatus nostri memoriam posteris relinquentes.* Hæc cum dixisset, ex Arcadibus trecenti in societatem se facinoris obtulerunt. Verum idcirco rem aggredi cunctati sunt, quod litantibus exta minus læta fuere.

Postero vero die Lacedæmoniis consilia sua patefacta, seque iterum ab Aristocrate proditos haud dubie deprehenderunt. Nam cum Aristocrates in codicillis *omnia accurate* perscripsisset quæ cogitaret Aristomenes, cum iis codicillis servum, cujus fidei plurimum tribuebat, Spartam ad Anaxandrum misit. Eum servum, dum Lacedæmone reverteretur, speculati Arcadum nonnulli (cùm aliàs *de republ.* dissentire ab Aristocrate soliti, tum eo maxime tempore minimum illi fidei habentes) interceptum, in concilium Arcadum producunt. Ibi quæ ad Aristocratis

δῆμον τὰ ἀνταπεσταλμένα ἐκ Λακεδαίμονος. Επέστελλέν τε ὁ Ανάξανδρος, φυγήν τε αὐτῷ τὴν πρότερον ἀπὸ τῆς μεγάλης Τάφρου φάμενος οὐκ ἀνόνητον ἐκ Λακεδαιμονίων γενέσθαι. Προσέσεσθαι δέ οἱ χάριν καὶ τῶν ἐν τῷ παρόντι μηνυμάτων. Ως δὲ ἀγγέλθη ταῦτα ἐς ἅπαντας, αὐτοί τε τὴν Αριστοκράτην ἔβαλλον οἱ Αρκάδες, καὶ τοῖς Μεσσηνίοις διεκελεύοντο. Οἱ δὲ ἐς τὴν Αριστομένην ἀπέβλεπον. Καὶ ὁ μὲν ἐς τὴν γῆν ἀφορῶν ἔκλαιε. Τὸν δὲ Αριστοκράτην οἱ Αρκάδες καταλιθώσαντες, τὴν μὲν τῶν ὅρων ἐκτὸς ἐκβάλλουσιν ἄταφον· στήλην δὲ ἀνέθεσαν ἐς τὸ τέμενος τοῦ Λυκαίου λέγουσαν.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ,
Εὗρε δὲ Μεσσήνης σὺν Διῒ τὴν προδότην
Ρηϊδίως. Χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάου Αρκαδίαν.

Τῶν δὲ Μεσσηνίων ὁπόσοι περὶ τὴν Εἶραν ἢ καὶ ἑτέρωθί που τῆς Μεσσηνίας ἐγκατελείφθησαν, τούτους μὲν οἱ Λακεδαιμόνιοι προσένειμαν ἐς τὸ Εἱλωτικόν. Πύλιοι δὲ καὶ Μοθωναῖοι καὶ ὅσοι τὰ παραθαλάσσια ᾤκουν, ναυσὶν ὑπὸ τὴν ἅλωσιν τῆς Εἴρας

tis epistolam rescripta fuerant, frequenti conventu recitata. Memorabat Anaxander, fugam quam fecisset Aristocrates ad magnam fossam, non parvo fuisse Lacedæmoniorum rebus auxilio: relaturos vero ipsi cum pro vetere merito, tum pro recenti indicio Lacedæmonios gratiam. Re in publicum prolata, Arcades in Aristocratem continuo lapides jacere, idemque ut facerent Messenios cohortabantur; at illi Aristomenem intuebantur: is vero humi defixis oculis collacrymabat. Arcades obrutum lapidibus Aristocratem insepultum extra fines abjecere: columellam autem in Lycæi fano erexerunt *in ejus rei memoriam*, his versibus incisis:

Regis qui quondam Messenen prodidit hosti
Ulta est longa dies & Jovis ira, scelus
O salve quem nulla latent perjuria, Divûm
Maxime, & ô serva Jupiter Arcadiam.

Messeniorum vero quotcunque aut ad Iran, aut quocunque alio loco relicti sunt, eos Lacedæmonii in publicorum servorum numerum (*Helotas ipsi vocant*) conscripserunt. Pylii, & Mothonæi, & cæteri è Messenico nomine maris accolæ, expugnata Ira, navigiis

Εἵρας ἀπαίρουσιν ἐς Κυλλήνην τὸ Ἠλείων. Ἐκεῖθεν δὲ σὺν τοῖς ἐν Ἀρκαδίᾳ Μεσσηνίοις ἀπίστελλον ἐθέλοντες κοινῷ στόλῳ χώραν, ἔνθα οἰκήσουσιν, ἀναζητεῖν, ἐς ἀποικίαν. Ὁ δὲ αὐτὸς μὴ ἔως ἂν πόλεμος ᾖ, πολεμήσειν Λακεδαιμονίοις ἔφασκεν, ἢν δὲ παύσῃ δὲ ἀκλεῶς, ὡς ἀεί τι ἀναφύσει τῇ Σπάρτῃ δι' αὐτὸ κακόν· ἐκείνοις δὲ Γόργον καὶ Μάντικλον ἔδωκεν ἡγεμόνας. Ὁ δὲ Εὐεργετίδας ἐς μὲν τὸ Λύκαιον αὖθις τοῖς ἄλλοις Μεσσηνίοις καὶ αὐτὸς ἀπεχώρησεν· ἐκεῖθεν δὲ ὡς εἶρε τὸ βέλτιστον Δεξιππίδου τῷ Ἀριστομένει τὸ ἐς τὴν κατάληψιν τῆς Σπάρτης, ἀναπείσας τὸν Μεσσηνίων ὡς πεντήκοντα, ἐπήνεσιν ὅτι τοὺς Λακεδαιμονίους ἐς τὴν Εἶραν· ἢ ἐντυχὼν Δεξιππίδου ἔπι τὰ ὁπλίσια, πένθος σφίσιν ἐποίησεν. Καὶ τὸν μὲν ἐκπαῦσαι ὁπλομαχέοντα τὸ χρεών. Ἀριστομένης δὲ ὡς τὰς ἡγεμόνας τῆς Μεσσηνίοις ἐπέπεμψεν ἐς Κυλλήνην, ὅστις ἐθέλοι μετέχειν τῆς ἀποικίας· καὶ μετέσχον ἅπαντες, πλὴν εἰ γῆρας ἦνα ἀπῆρχεν, ἢ μηδὲ εὐπορῶν ἔτυχεν ἐς τὴν ἀποδημίαν. Οὕτω δὲ αὐτὸς κατέμεινεν παρὰ τοῖς Ἀρκάσιν.

Ἐάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων

giis se Cyllenen (Eleorum scil. navale) receperunt; atque inde ad eos qui in Arcadiam profugerant contendêre, quo communi classe & consilio novas sibi terras ac sedes quærerent; ac coloniæ deducendæ autorem & ducem cuncti Aristomenem poscebant. At ille, quamdiu in vivis esset, bellaturum se cum Lacedæmoniis affirmavit; neque vero dubitare quin opera sua Spartæ, novi semper aliquid mali creari posset: illis Gorgum & Manticlum duces dedit. Evergetidas cum reliqua Messeniorum manu ipse etiam ad Lycæum venit. Ibi cum Aristomenis consilium de Sparta opprimenda irritum fuisse comperisset, assumtis ad quinquaginta sociis ex omni agmine, retro ad Iram duxit; ubi quos prædæ reliquias persequentes offendit, male mulctavit: cumque luctu & cæde omnia complesset, postremo super hostium strage occubuit. Aristomenes vero declaratis ducibus, cum Cyllenen omnes convenissent, edixit ut eos in coloniam quicunque vellent sequerentur. Dederunt omnes nomen, præterquam quos aut senectus, aut viatici egestas à peregrinatione deterritos in Arcadia detinuit.

Ira capta, finem habuit Messeniorum & Lacedæmoniorum secundum

νῶν Ϛ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς ὀλυμπιάδος, ἧς ἐνίκα Χίονις Λάκων. Ὡς δὲ ἐς τὴν Κυλλήνην οἱ Μεσσηνίων συνελέχθησαν, τὸν μὲν παρόντα χειμῶνα ἔδοξεν αὐτοῦ χειμάζειν, καὶ τὴν ἀρχαίαν σφίσι καὶ χρήματα οἱ Ἠλεῖοι παρεῖχον. Ἀμεινὸν δὴ τὸν ἦρι ἐβουλεύοντο ποῖ χρὴ στέλλεσθαι. Γνώμην δὲ ἦσαν, Γόργος μὲν, Ζάκυνθον τὴν ὑπὲρ Κεφαλληνίας κατοικίσαντες, ἢ νησιώτας ἀντὶ ἠπειρωτῶν ἡγεμόνας ναυσὶν ἐς τὸ ὠκεανοῦ θαλάσσια ἢ Λακωνικῆς ὀφελοῦντες, κακὸν τὴν γῆν. Μάντικλος δὲ ὁ Κρεσφόντου Μεσσήνης μὲν κακῶς Λακεδαιμονίων ἔχθους λαβὴν λαβὴν· ἐθελῆσαι τὰς ἐς Σαρδὼ, κτῆσιν μεγίστην τὴν νῆσον ἢ εὐδαιμονίᾳ πρώτην.

Ἐν τοσούτῳ δὲ Ἀναξίλας ὁπόσους οὖν Μεσσηνίους ἀπέστειλεν ἐς Ἰταλίαν καλῶν. Ὁ δὲ Ἀναξίλας ἐτυράννει μὲν Ῥηγίου, τέταρτος δὲ ἀπόγονος ἦν Ἀλκιδαμίδου. Μετῴκησε δὲ Ἀλκιδαμίδας ὑπὸ Μεσσήνης ἐς Ῥήγιον μετὰ τὸν Ἀριστοδήμου τοῦ βασιλέως τελευτὴν καὶ Ἰθώμης τὰλωσιν, οὗτος ἦν ὁ Ἀναξίλεως τὸν Μεσσηνίων μετεπέμπετο, ἐλθεῖν τε ἔλεγεν, ὡς Ζαγκλαῖοι Δαίφοροι μέν εἰσιν αὐτῷ, χώραν δὲ εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἐν καλῷ

cundum bellum, Archonte Athenis Autosthene, anno primo octavæ & vicesimæ Olympiadis cujus victor extitit Chionis Laco. Cum ad Cyllenen convenissent Messenii, hyeme jam imminente, pecuniam & annonam Elei præbuere. Vere ineunte quonam dirigi cursum oporteret, consultare cœperunt. Censebat Gorgus Zacynthum insulam supra Cephallenian occupandam, unde insulani è continentis terræ incolis facti, maritimis excursionibus oram omnem Laconicam infestam redderent. At Manticlus, neque Messenes, neque injuriarum quas à Spartanis accepissent memoriam retinendam censuit; verum quamprimum Sardiniam, magnam & copiis omnibus abundantem insulam petere, hortatus est.

Interea Anaxilas, ad Messenios misit, qui in Italiam eos accerseret. Rhegii hic tyrannidem, quartus ab Alchidamida, è *cujus erat nepote genitus*, obtinebat. Commigrarat vero à Messene Alchidamidas Rhegium, post Aristodemi regis mortem, Ithome expugnata. Ad Anaxilan itaque ejus accersitu venere Messenii: quos ille docuit, perpetuum sibi esse cum Zanclæis bellum: possidere illos uberem ac luculentum agrum, & urbem valde

καλῷ τῆς Σικελίας ἔχουσιν. Ἀ δὴ σφίσιν ἐθέλειν ἔφη συγκατεργασάμενος δοῦναι. Προσιεμένων δὲ τὸν λόγον, οὕτως Ἀναξίλας διεβίβασεν ἐς Σικελίαν αὐτούς. Ζάγκλην δὲ τὸ μὲν ἐξ ἀρχῆς κατέλαβον λῃσταί, καὶ ἐν ἐρήμῳ τῇ γῇ τεῖχίσαντες ὅσον περὶ τὸν λιμένα ὁρμητηρίῳ πρὸς τὰς καταδρομὰς καὶ ἐς τοὺς ἐπίπλους ἐχρῶντο. Ηγεμόνες δὲ ἦσαν αὐτῶν Κραταιμένης Σάμιος, καὶ Περιήρης ἐκ Χαλκίδος. Περιήρει δὲ ὕστερον καὶ Κραταιμένει καὶ ἄλλους ἐπαγαγέσθαι τῶν Ἑλλήνων ἔδοξεν οἰκήτορας. Τότε δὲ τοὺς Ζαγκλαίους ὅ τε Ἀναξίλας ναυσὶν ἀνταναγομένους ἐνίκησε, καὶ οἱ Μεσσήνιοι μάχῃ πεζῇ. Ζαγκλαῖοι δὲ κατὰ γῆν τε ὑπὸ Μεσσηνίων καὶ ναυσὶν ἅμα ἐκ θαλάσσης ὑπὸ Ρηγίνων πολιορκούμενοι, καὶ ἁλισκομένου σφίσιν ἤδη τοῦ τείχους, ἐπί τε βωμοὺς θεῶν καὶ πρὸς τὰ ἱερὰ φεύγουσιν. Ἀναξίλας μὲν οὖν τοῖς Μεσσηνίοις παρεκελεύετο, τούς τε ἱκετεύοντας Ζαγκλαίων ἀποκτείνειν, καὶ τοὺς λοιποὺς γυναιξὶν ὁμοῦ καὶ παισὶν ἀνδραποδίσασθαι. Γόργος δὲ καὶ Μάντικλος παρῃτοῦντο Ἀναξίλαν, μὴ σφᾶς ὑπὸ συγγενῶν ἀνδρῶν πεπονθότας ἀνόσια, ὅμοια αὐτοὺς ἐς ἀνθρώπους Ἕλληνας ἀναγκάσαι δρᾶσαι. Μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη τοὺς Ζαγκλαίους ἀνίστασαν

de opportuno Siciliæ loco: quod si eorum imperio potiri posset, illud se quam primum Messeniis traditurum. Vehementer cum esset omnibus id consilium probatum, traduxit hospites & gentiles suos Anaxilas in Siciliam. Zanclen ab initio prædones tenuere: & castellum deserto loco circa portum ad excursiones maritimas, tutumque ex alto redeuntibus receptum, munierunt. Eorum duces fuere Cratæmenes Samius, & Chalcidensis Perietes, ii & alios post è Græcis inquilinos adsciscendos duxerant. Ac tunc quidem Zanclæos Anaxilas navali, terrestri prælio Messenii fudere; qui cum postea terra marique, hinc à Messeniis, illinc à Rheginis obsiderentur, magna jam murorum parte dejecta, ad aras ac Deorum pulvinaria confugere. Imperabat Anaxilas ut supplices nulla religionis verecundia trucidarentur, reliqui cum uxoribus & liberis sub corona venderentur. At Gorgus & Manticlus deprecantes facinoris atrocitatem, Anaxilan rogarunt, ne quæ per summum nefas à cognatis passi essent, cogerentur ipsi adversus Græcos committere. Ab aris igitur submovent, & bono esse animo jubent; fideque

ἀνίστασαν ἀπὸ τῶν βωμῶν, καὶ ὅρκους δόντες, καὶ αὐτοὶ παρ' ἐκείνων λαβόντες, ᾤκησαν ἀμφότεροι κοινῇ. Ὄνομα δὲ τῇ πόλει μετέθησαν Μεσσήνην ἀντὶ Ζάγκλης καλεῖσθαι. Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος. Μάντικλος δὲ καὶ τὸ ἱερὸν Μεσσηνίοις οὗ Ἡρακλέους ἐποίησε. Καὶ ἔστιν ἐκτὸς τείχους ὁ θεὸς ἱδρυμένος, Ἡρακλῆς καλούμενος Μάντικλος· καθάπερ καὶ Ἄμμων ἐν Λιβύῃ, καὶ ὁ ἐν Βαβυλῶνι Βῆλος, ὁ μὲν ἀπὸ ἀνδρὸς Αἰγυπτίου Βήλου οὗ Λιβύης ὄνομα ἔσχεν, Ἄμμων δὲ ἀπὸ τοῦ ἱδρυσαμένου ποιμένος· Μεσσηνίοις μὲν οὖν τοῖς φεύγουσιν ἐγεγόνει πέρας τῆς ἄλης.

Ἀριστομένης δὲ ὡς τὴν ἡγεμονίαν ἀπείπατο τῶν ἐς τὴν ἀποικίαν στελλομένων, τὰς θυγατέρας τὴν πρεσβυτάτην, καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ, καὶ Ἀγναγόραν τὴν ἀδελφὴν, τὴν μὲν Θάρυκι ἐς Φιγαλίαν, Δαμοθοΐδᾳ δὲ Λεπρεάτῃ καὶ Ἡραιεῖ Θεοπόμπῳ τὰς θυγατέρας συνῴκισεν. Αὐτὸς δὲ ἀφικόμενος ἐς Δελφοὺς, ἐχρῆτο τῷ θεῷ· καὶ τὸ μὲν τῷ Ἀριστομένει γενόμενον μάντευμα, οὐ λέγεται. Δαμαγήτῳ δὲ Ῥοδίῳ βασιλεύοντι ἐν Ἰαλυσῷ, τότε δὲ ἥκοντι παρὰ τὴν Ἀπόλλωνα, καὶ ἐρωτῶντι ὁπόθεν ἀγαγέσθαι

fideque ultro citroque data & accepta, communi jure una habitavere: mutato tamen nomine, Zanclen Messenem placuit appellari. Hæc gesta sunt undetricesima Olympiade, qua iterum vicit Chionis Lacon, Archonte apud Athenienses Miltiade. Manticlus Herculis templum novæ coloniæ erexit. Extat adhuc intra muros Dei fanum; Herculis Manticli vocant, sumto à conditore nomine. Qua ratione Ammon in Africa dictus, & Babylone *Jupiter* Belus: hic ab Ægyptio Belo, Lybyes filio; ille à pastore, qui templa *Jovi* consecravit. Tali modo exules Messenii errorum finem nacti sunt.

Aristomenes interea cum novæ coloniæ imperium sibi deferri passus non esset, sororem primam Hagnagoram, Tharyci Phigaliensi; duarum vero quas habebat nubiles filiarum, majorem Heræensi Theopompo matrimonio junxit. Delphos deinde consulendi causa profectus est: quid acceperit responsi, non traditur. Eodem vero tempore venerat ad oraculum Damagetus Rhodius, Jalysi rex: ei virgo ex adyto respondit sciscitanti unde esset potissimum

ἀγαγέσθαι χρὴ γυναῖκα, ἔχρησεν ἡ Πυθία θυγατέρα ἀνδρὸς τῶν Ελλήνων ἣν ἀρίστου λαβεῖν· ὁ δὲ (ἦν γὰρ ἡ τελευτῶσα Αριστομένη θυγάτηρ) γαμεῖ ταύτην, Ελλήνων τῶν τότε ἐκείνου μακρῷ δὴ τινι ἄριστον νομίζων. Αριστομένης δὲ ἐς μὲν τὴν Ρόδον ἀφίκετο σὺν θυγατρί· ἐκεῖθεν δὲ ἔς τε Σάρδεις ἐπὶ τὸν πρὸς Αρδυν τὸν Γύγεω, ἔς τε Ἐκβάτανα τὰ Μηδικὰ ἀναβεβηκὼς πρὸς τὸν βασιλέα Φραόρτην. Αλλὰ γὰρ τούτων τῶν τότε ἐπιτυχὼν οὐκ ἐπέσχεν ἀποθανεῖν αὐτῷ νοσήσαντι. Οὐ γὰρ ἔδει συμφορὰν ἀδεμίαν Λακεδαιμονίοις ἔτι ἐξ Αριστομένους γενέσθαι. Τελευτήσαντι δὲ αὐτῷ Δαμαγήτου καὶ οἱ Ρόδιοι μνημά τε ἐπιφανὲς ἐποίησαν, καὶ ἔνεμον ἀπὸ σκηνῆς τιμάς.

tissimum uxor ducenda; *ut ejus qui vir esset Græcorum optimus, filiam duceret.* Reliqua erat Aristomeni tertia filia: hanc sibi ille legitimis nuptiis conjugem adscivit, patrem ipsius longe esse optimum omnium Græcorum ejus ætatis, existimans. Et ipse quidem Aristomenes filiam, Rhodum, ad virum dedvxit. Inde cum Sardeis ad Ardyn *Lydorum Regem*, Gygæ filium; & Ecbatana in Mediâ ad Phraortem Regem demigrare instituerat, morbo oppressus diem obiit supremum. Neque enim in fatis erat ut ab Aristomene Lacedæmoniis deinceps malum nasceretur. Mortuo illo, Rhodii autore Damageto, insigne monumentum erexere, eique pro dignitate honores tribuerunt.

ΤΕΛΟΣ.

VARIÆ

VARIÆ LECTIONES

QUÆ IN

CODD. MSS. ET OPT. EDITIONIBUS

CORN. NEPOTIS

OCCURRUNT,

UNA CUM

Doctorum Virorum Conjecturis, & Caſtigationibus.

Prior numerus paginam, poſterior lineam deſignat.

CORN. NEPOTIS *Excellentium Imperator. Vitæ.* &c. p. 1. Acerrima lis eſt inter Editores, & Scholiaſtas, de hujuſce Libri genuino (ut vocant) Titulo. En rem ſane non levis momenti! de ea enim diſceptantium undiquaque fervent rixæ; ingens exoritur ſtrepitus, multus excitatur pulvis, & quiſque ſuas partes pro virili tuetur. Hic legendum eſſe clamat, *C. Corn. Nepos, de Viris excellentibus.* Ille omnes Lectiones prorſus adulterinas eſſe mordicus contendit, præter hanc ſolam, *Corn. Nepos ſive Æmil. Probus de Vita excellentium Impp.* Alius cæteris omnibus infenſus pertinaciter leg. *Æmil. Prob. de Vita excellentium Græciæ Principum & Ducum.* Alius naribus ſubolet ſagacioribus legendum eſſe, *Æmilii Probi viri clariſs. Vitæ excellentium Ducum Tito Pomponio Attico dedicatæ.* Lambinus ſibi quodammodo diſcors (quod autoribus non raro accidit) nunc habet *Corn. Nepos vulgo Æmil. Probus de Vita excellentium Imperator. Græcor. & Romanor.* nunc vero, *Æmil. Probi ſeu Corn. Nepotis excellentium Imperator. Vitæ.* Gebhardus cujus veſtigiis plerumq; inſiſtit Courtinus, Editor C. Nep. in uſum Delphini, leg. *Corn. Nep. de Vita excellentium Impp.* Quod ad Cod. MSS. attinet, MS. Biblioth. S. Trin. Cantabr. habet, *Æmilius Probus de excellentibus exterarum nationum Viris.* Cod. vero vetuſtiſſ. MS. P. Daniel. *Liber Æmilii Probi de excellentibus Ducibus exterarum gentium.* In tanta Sententiarum varietate quid ſit ſtatuendum, aut quid ipſe Nepos ſcriptum reliquit, prorſus ignoro; præſertim cum primam pag. MS. vetuſtiſſ. cujus mihi copiam fecit. D. Fr. Bernard. M. D. & Regiæ Societat. Soc. aut iniquus muris dens, aut edax rerum tempus poſteris invideriť. Tantas itaq; lites componat (ſi poſſit) quiſpiam pacis amans. Non video tamen quid in ſe inhoneſtum, aut periculoſum habeat lectio quam ſecuti ſumus, vulgariter propemodum recepta. Nepos certe (cujus opera Æmil. Probo falſo tribuun-

tur) non tam pauca admodum *de Vita excellentium Imperatorum* obiter notasse, quam integras quorundam vitas, aut saltem in iis omnia memoratu digna posteris videtur tradidisse. Quanquam etiam alii legant *De Vita excellentium Impp.* quia (ut aiunt) hæc vox *Vitæ* (utpote quæ inusitatior) Romani sermonis elegantiam parum sapiat; (ut omittam, quod ipse Nepos habeat in Epaminonda *Vitas excellentium Virorum*) legimus etiam in Virgil. Æn. 6.

——*vitasque & crimina discit.*

In *Autoris Præfatione*, sive *Prologo*, ut habet Cod. P. Daniel.

Hi si didicerint, 1. 8. MSS. *ii si didicerint.* alii, *qui si didicerint.* alii, *si ii olim didicerint.*

Adolescentulis, 2. 2. omittit. in MS.

Victorem Olympiæ, 2. 5. MS. leg. *victorum victorem Olympiæ.*

Partim infamia, 2. 8. hæc MS. omitt.

Plura, 2. 18. MS. *hîc plura.*

Vitas, 2. 20. MS. *de vita.*

In MILTIADE.

Miltiades, &c. p. 3. Id velim quemvis variarum lectionum cupidissimum serio animadvertere, Editores de *titulo* & *initio* cujuslibet vitæ aliquantulum inter se dissentire. Gebhard. & Courtin. ea verba quæ Impp. parentelam, & natale solum denotant, literis majusculis expressa *tituli* loco ponunt; vitasque ab iis quæ sequuntur, *incipiunt*; adeo ut sic se habet *titulus* Miltiadis:

MILTIADES CIMONIS FILIUS ATHENIENSIS.

Sic *incipiat* vita,

CUM & antiquitas generis, & gloria majorum, &c.

Atque idem in cæteris obtinuit, ubicunque gens & parentela memorantur. Verumenimvero cæteri omnes Editores quorum agmen ducit Lambinus, tritâ eâdem mecum insistunt viâ: in hoc tamen MSS. communi lectione deflectunt, quia MS. Bernard. *tituli* loco habet *Miltiade, De Themistocle*, atque ita de cæteris. MS. Bibl. SS. Trin. *Vita Miltiadis, Vita Themistoclis*, &c.

Talem futurum, 3. 6. MS. addit *Adjutus est*, 4. 11. MSS. *Neque eo segnius Atheniensium quibus erat profectus*, 4. 16. alii, *eo secius Athenienses quibuscum erat profectus.*

Crederetur, 5. 4. MSS. *Præfecti*, 5. 34. MS. *illi præfecti.*

Philippidemque, 6. 4. MSS. *Philippumque.*

Hemerodromi, 6. 5. alii, *hemerodromi.*

Creati decem prætores, 6. 7. alii, *decem prætores.* MS. *creati* 10 *prætores.*

Miltiades, 6. 8. MS. *Miltiades.*

Mœnibus, 6. 9. alii, *mœnia.*

Decerneret, 6. 10. alii, *contenderet.*

Dimicare, 6. 16. omittitur in MS. alii, *dimicarent.*

Platæensium, 6. 18. alii, *Platæensis.*

Horum, 6. 19. MSS. *hominum.*

Stratæ, 6. 26. MSS. & Lambin. *ratæ.*

Prælium, 7. 17. omittitur in MS.

Signum à classiariis datum, 7. 29. MS. *signum adversariis datum.*

Infectis rebus à pugna discessisse, 7. 36. alii omittunt *à pugna.* alii leg. *infectis omnibus discessisse.*

Quod solvere, 8. 5. MSS. addunt *in præsentia.*

Magistratibusque versatus, 8. 12. MS. *magnisque versatus.*

Mira comitas, 8. 22. Cod. vetus P. Daniel. & Longol. habet *communitas*, quæ vox idem sonat quod *humanitas & mansuetudo*; ita Terent. Heautontim. act. 5. quanquam animo tam *communi* aut leni esse putas.

In

In THEMISTOCLE.

Neotis, 9. 1. Lambin. *Neocli*, quia (ut graviter monet) *s*, ſæpe fini gmatum, in obliquis Græcorum ocabulorum caſibus.

Inermis adoleſcentiæ, 9. 2. alii, *inermi adoleſcentiâ*.

Halicarnaſſiam, 9. 6. Sic Ald. reuit ex Plutarcho. Sic etiam leg. lagius. MS. Cantabr. habet *Arnaſſam*. MS. Bernardian. *Archaſſam*. Courtinus legendum eſſe exiimat *Acarnanem* quia nullibi ſe egiſſe meminit *Acarnanam*. Lonolius, *Carinam*. Nam Themiſtoem *Carina* vel *Cariatide* matre *Eurype* natum fuiſſe, plerique prodiere. At Athenæus lib. 13. c. 13. areiciam quandam meretriculam *Abrotonum* nomine peperiſſe Themiſtoclem tradit; quod probat veuſt. epigram.

Αἰσχύνετο Θρῄσσα γυνὴ γόνον·
ἀλλὰ τέκεν.
Τὸν μέγαν Ἕλλησι φασὶ
Θεμιστοκλέα.

Conveniant Autores de matre Themiſtoclis, & in lectione nulla erit difficultas.

Cohibatur, 9. 14. alii, *regebatur*.

Facile eadem oratione explicabat, 9. 15. ædec alii tanquam ab Autore aliena ejiciunt, ob quam cauſam, adhuc ubet.

Bello Corcyræo, 10. 4. Lambin. *Æginetico*, cui favet Herodot. l. 7. Nepos Themiſtoclem Prætorem factum eſſe in bello Corcyræo refert, & Corcyræos fregiſſe, Plutarch. vero Corcyræis & Corinthiis datum eſſe arbitrum controverſiarum tradit, & contra Corinthios ſententiam tuliſſe. v. Plutarch. in Themiſt. ſub fine.

Cum tantis eam copiis invaſit, 10. 16. MS. *cum tantis copiis venit*.

Salaminem & Trœzenem, 10. 31. alii manibus pedibuſque deſendere nituntur *Salamina & Trœzena*: utrumque legi poteſt illæſo Priſciani capite.

Aſtu, 11. 15. alii, *arcem*. Longol. & MSS. *Aſtum*. alii, *urbem*. Sed ut Romani ſuam Romam κατ' ἐξοχὴν *urbem*, ita Græci, & præcipue inter eos Attici, Athenas vocarunt *Aſtu*. *Aſtu* habet Terent. Eun. Act. 5. Sc. 6. Athenæ vero in duas partes erant diviſæ, *Aſtu*, & Piræeum; in hoc plebeii, in illo nobiles habitarunt.

Barbarus, 11. 36. à nonnullis omittitur.

Phalareo, 12. 15. MS. *Phalarico* utrumque legi poteſt. *Phalaricus* uſurpatur pro *Phalareus*. Diodor. Sic. vocat Φαληρικόν. Suid. Φάληρον λιμένα ἢ Ἀτθίδος.

Hoc longe alio ſpectabat, 12. 24. MSS. *hoc longe aliter animo expectabant*. alii, *aliud longe animo expectabant*.

Sive profanus, 12. 37. omittitur à quibuſdam.

Congererent, 13. 2. alii, *cogerent*, minus recte. *Congererent* aptius eſt verb. ubi de *ſtrue* aliqua mentio fit, Virg. de ſtructura nidi,

Aëriæ quem congeſſere columbæ.

Duceretur, 13. 6. MS. *ducerent*.

Interea ſe obſidam retinerent, 13. 14. alii, *interea ſibi detrahere retinerent*; ſed corrupte, quia nihil ad rem.

Aliter illos nunquam in patriam recepturi, 13. 32. alii, *aliter illos ſe nunquam receptaros*.

Civitatis, 14. 6. omittit. à quibuſd.

Cum quo ei hoſpitium fuerat, 14. 8. alii, *cum quo hoſpes erat*.

Cum ab Athenienſibus & Lacedæmoniis expoſceretur publice, 14. 14. alii, *cum Athenienſes & Lacedæmonii expoſcerent eum publice*.

Themiſtoclem Xerxe regnante in Aſiam tranſiiſſe, 14. 30. MS. *Themiſtocl. ad Xerxen regnantem in Aſiam miſiſſe*.

Annum

Annum mihi temporis des, 15. 11. alii, *annuum mihi temporis ſpatium*. Videtur autem Nep. *annum temporis* dixiſſe pro *tempus anni* per ὑστερολογίαν, ut *dies ſpatii* pro *ſpatium diei*; quod alicubi occurrit in Cæſ. Comment. de bello Gall.

Myuntem, 15. 25. alii, *Smyrnam*.

In ARISTIDE.

Innocentiæ, 17. 9. alii, *continentiæ*; quam virtutem Nep. mox *abſtinentiam* vocat. *Innocentia* vero quandoque idem ſignif. quod *continentia*, vel *abſtinentia*; & avaritiæ opponitur in Cic. Orat. pro lege Manil.

Conſtituerat, 17. 22. alii, *conſtitueretur*.

In PAUSANIA.

Exſcalpſerunt, 18. 16. alii, *exculpſerunt*; fortaſſe minus recte: quia rariſſime *exculpere* pro *delere* & *eradere* uſurpatur. Hic vero Scholiaſtæ uti ſolent de literis, nimirum de *u* & *a* acerrime inter ſe digladiantur.

Eretrienſem, 19. 8. ita pleriq; edunt ex Thucyd. alii vero *Cretenſem*.

Te adjuvante ſe redacturum, 19. 15. alii, *ſe adjuvante redacturum iri*.

Cogitata, 19. 29. Gebhard. *conata*. MS. *cognita*.

Troade, 19. 37. alii, *Troadis*.

Scytala, 20. 2. MS. *lancea*. alii, *lana*. Quid autem ſcribi poſſit in *lana* non video. Alii, *clava*; quæ ſcil. formam ſcytalæ referebat. v. Indicem de ſcytala.

Laxavit, 20. 24. alii, *laceravit*.

Indicaſſet, 20. 31. Cod. P. Dan. *judicaſſet*; ſed vitioſe.

Admonere, 21. 13. MS. *amoveri*.

Finierat, 21. 29. MSS. *poſuerat*.

In CIMONE.

Patrio more, 22. 9. MS. omittit *patrio*; ſed minus recte.

Quoniamque prohibere poſſe, 22. 17. alii, *quoniamque prohiberes*. alii, Lambino teſte, *quoniamq; id prohib. poſſe*.

Si ea, quæ pollicerentur, præſtitiſſent, ibid. hæc, teſte Lambino, à nonnullis omittuntur.

Bene animatas confirmavit, 23. 1. hæc MS. omittit.

Scyrum, 23. 19. alii, *Cyprum*; male. Patet enim ex Plutarcho, legendum eſſe *Scyrum*, non *Cyprum*. v. Plutarch. in Cimone.

Satius exiſtimans contendere Lacedæmonem ſua ſponte eſt profectus, &c. 23. 34. MS. vitioſe leg. *ſatis exiſtimans verbis contendere*. Lambin. emendandis Autoribus non ſemper feliciter audax, reclamantibus omnibus libris leg. *ſatius exiſtimans eos, cives ſuos inter ſe una voluntate conſentire, quam armis contendere; Lacedæmonem ſua ſponte profectus eſt*, &c. Sed ſatis ob audaciam vapulat, à Gebhardo aliiſque Editoribus acerbiſſime, nec prorſus immerito reprehenditur. In vulgata enim lectione nec lacuna, nec difficultas: adeo ut ſenſus Nepotis hic planus ſit. Antequam Cimon revocatus Athenas peteret, conſultius putat Lacedæmonem proficiſci, ac ſponte, ſine juſſu populi pacem inter duas civitates conciliare.

Fuit tanta liberalitate, 24. 5. MS. *tanta liberalitate uſus eſt*.

Invocatos, 24. 14. ſic Schott. Savar. & Cod. P. Daniel. Lambin. autem hoc damnat vocabulum, quod rariſſime uſurpatum, & leg. *non vocatos*: *invocatus* tamen legitur in Terent. Eunoch. Act. 5. Sc. ult.

Invocato ut ſit locus ſempe.

In LYSANDRO.

Athenienſes enim in Peloponneſo ſexto & viceſimo anno bellum gerendo confeciſſe, apparet, 25. 3, 4. Lambin. aut

ut mutari velit ordinem verborum atque ita legi, *Apparet Lysandrum confecisse Athenienses anno 26°. bellum gerentes in Peloponnesios*; aut si servetur ordo, legi, *sextum & vicesimum annum*. Magius pro *confecisse* substituit *confregisse*. alii, *contudisse*; sed nihil mutandum.

Latet, 25. 5. alii, *non latet*; rectius forsan.

Proinde ac si iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, 26. 14, 15. Lambin. ex Florent. & Aldin. Editt. hanc emendatam lectionem protulit, quam non pauci sequuntur. Sunt tamen qui leg. *proinde ac si iidem firmissimi solerent esse inimici, qui constantes fuissent amici*; sed minus recte. Ex Thucydide enim patet Thasios de quibus hîc mentio fit, priusquam tantam fidem Atheniensibus præstitissent, graves cum iis suscepisse inimicitias; contra, cum Lacedæmoniis amicitiam iniisse.

Cleon Halicarnasseus, 27. 5. Savaro leg. ex MS. *Alicarnas*, atque ita Excerpta P. Daniel. Vulgata tamen Lectio ex Plutarcho profluit, Καὶ λόγοι ἐξεμελέτα πρὸς ὑπόθεσιν γεγραμμένον ὑπὸ Κλέωνος Ἀλικαρνασσέος. v. Plutarch. in Lysand. Mos autem apud Græcos olim obtinuit ut Oratores & Sophistæ pro aliis orationes componerent, unde dicti erant λογόγραφοι, quæ vox cum re postea in contemptum venit.

Obsignatur, 27. 17. alii, *signatur*; quidam, *designatur*; sed vitiose. Plutarch. ἐν δὲ τῷ σφραγίδας ἐπιβάλλειν.

Pari magnitudine ut discerni non posset, ibid. alii addunt, *& tanta similitudine*. Plutarch. hanc sententiam his verbis exprimit, ἐναλλάξας τὰ βιβλία μηδὲν διαφέροντα τῇ ὄψει.

In Alcibiade.

Qui de eo &c. 28. 3. Lambin. addi velit *aliquid*.

Ætatis, 28. 6. MS. *civitatis*.

Consiliique, 26. 7. MSS. *consiliisque*.

Idem cum tempus posceret, 26. 10. MSS. *deinde cum tempus posceret*. alii, *Dives, cum tempus posceret*. quam lectionem retinet Gebhard. & Courtin. distinguendum enim (inquiunt) *dives*; *cum tempus posceret, laboriosus*. quasi inter se pugnent divitiæ, & labor, in Alcibiade tamen conveniant.

Tantam dissimilitudinem, 28. 17. alii, *tantam inesse dissimil*. MS. *tantam esse*.

Omnium Græcorum ditissimum, 29. 2. ita Lambin. & nonnulli: plures tamen, *omnium Græcæ linguæ eloquentia disertissimum*. alii, *omn. Gr. ling. eloqu. ditissimum*; atque ita Gebhard. & Courtin. quasi *Hipponicus* opes eloquentia acquisiverit: quod primum [teste Lambino] parum Latine dictum est, deinde quoquo modo dictum sit, falsum; neque à quoquam memoriæ proditum. *Hipponicum* quidem ditissimum esse tradit Isocrates in oratione περὶ ζεύγους πλούτῳ μὲν ἦν πρῶτος τῶν Ἑλλήνων. & Plutarch. in Alcibiade, Ἱππονίκῳ δὲ τῷ Καλλίου πατρὶ καὶ δόξαν ἔχοντι μεγάλην καὶ δυνάμεσι καὶ πλούτου καὶ γένους, &c. Cur tamen *Hipponicum* disertissimum fuisse fingant alii, non patet; videant isti quibus lectio Lambiniana parum arridet.

More Græcor. 29. 5. alii reponunt *amore*, defenduntque fortissimè Gifanius, P. Daniel, & utroque haud inferior Andr. Schottus.

Ante januam Andocidis erat Andocidisque Hermes vocatus est, 29. 20. ita Lambin. restituit, historiam (ut ait) & veritatem secutus. MS. *ante januam Androclidi, Androclidisq; vocatus est*. Vide Æschin. Orat. contra Timarch. & Plutarch. in Alcib. qui hunc lapidem prope domum Andocidis, & Andocidis Hermem dictum fuisse tradunt.

Suos

Suos reddiderat, 29. 29. ita Cod. emendati, alii *reduxerat*, mendoſe; licet etiam ut inquit Lambin. legere *redegerat*, idque ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ: quo modo Cæſ. paſſim in Commentar. loquitur.

In contentionem ab inimicis compellebatur, 30. 1. ita Gebhard. & Courtin. & libri Emendatiores; quaſi ſcil. Alcibiades invitus, & obtorto collo ab adverſariis traheretur ad dicendam cauſam. Sed Lambin. Claudii Puteani (ut inquit) conjectura ductus legit, *in concione ab inimicis compellabatur*, quia Diodor. Plutarch. & Thucyd. perſpicue oſtendunt Alcibiadem accuſatum eſſe apud populum; & *compellare* idem eſt ac κρινεσθαι, & *crimine* aliquem *compellare*: quod ſane non negat Gebhard. ſed quoniam prior lectio ſatis ſit elegans, non eam ob conjecturas immutandam eſſe duxit.

Invidiæ crimine accuſaretur, 30. 5. alii, *invidia, criminis accuſaretur*; fortaſſe rectius.

Quia nocere ſe ei non poſſe intelligebant, 30. 7. ita Lambin. At Cod. vetuſtiores, *quia noceri ei non poſſe intelligebant*; quoniam vero Giſanii Cod. *ei* omittit: Gebhard. mavult legi, *quia nocere non poſſe intelligebant*.

In triremem, 30. 15. alii, *triremi*; quia Græc. τριήρης.

Eumolpidas ſacerdotes, 30. 22. alii, *Eumolpidas Κήρυκας*. MSS. *Olympiadas*. Eumolpides & Ceryces non raro apud Græcos conjunctim leguntur. v. Plutarch. in Alcib. Suid. in voce Eumolpidæ, & Iſocrat. Panegyr.

Prodeſſe reip. 30, 29. MS. *prodeſſe poſſe*.

Amiſſum imperium, 31. 37. alii omittunt *imperium*, quaſi *amiſſum* pro *amiſſionem* non ineleganter poneretur: quemadmodum Cic. habet *judicatus* pro *judicatio*, *comperendinatus* pro *comperendinatio*, quæ ſane conjectura non videtur improbanda.

Coronis aureis, æneiſque vulgo donabatur, 32. 9. Hic inquiunt Scholiaſtæ nodus occurrit Gordian. quem Muretus nequicquam ſolvere conatus eſt, legendo *coronis aureis, tenuibus*. Variar. l. 15. c. 7. In vulgata tamen lectione nulla difficultas, adeo ut hic ſit ſenſus verborum; Alcibiades ſc. pro cujuſlibet facultate duplicem donatum eſſe *coronarum* genere; illis divitibus quidem *aureis*, a pauperibus *æneis*; ita Gebhard. in Alcibiade.

Sicut tum accidit, 32. 30. MSS. *ſicut ratum accidit*.

Itaque huic maxime putamus malo fuiſſe, 32. 32. ita lib. emendat. alii, *Itaque huic maximo malo impunitam cauſam fuiſſe*; inepte, ut viſum eſt Lambino.

Timebatur enim non minus quam diligebatur, 32. 33. MS. *Timebam enim non minus quam diligebant*.

Et ſe Perinthum contulit, 33. 1. emendatio hæc eſt Longolianæ, quam Lambin. & Savaro probant: non ita Ortelius, qui ex Ptolomæi Thraciæ deſcriptione legit, *& ſe Pactyam contulit*.

Bornos, Byzium, Macronichos, 33. 2. alii habent, *Bornos, Byzium, Thymeonichos*. Ortelius ex Ptolomæi Thraciæ deſcript. & Plutarchi Alcibiade legit, *Bornos, Byzanthen, Macronichos*. Iſ. Voſſius, in notis ad Juſtin. legendum eſſe ſuſpicatur, *Bornos, Byſanthen, & Neonichos*, cujus conjecturam doctiſſimi amplectuntur.

Primus Græciæ in Thraciam introiit, 33. 3. ita Lambin. Gebhard. Courtin. & alii quamplur. nonnulli vero leg. *primus Græciæ civitatis in Thraciam introiit*; quam lectionem ſtrenuè Andr. Schottus contra Lambinum defendit.

Cre-

Crevera cùm fama, tùm opibus, 33. 6. ita Cod. vetuſtior. alii, *crevere ejus fama, cum opibus*; ſed minus egregiè.

Seuben regem, 33. 19. alii, *Seuthen*. alii, *Scotym*.

Ut eos terra depelleret, quo facto neceſſario aut claſſe conflicturos, aut bellum compoſituros, 33. 20, 21. MS. Bœcl. *ut eum ex terra depelleret, quo facto neceſſario aut claſſe conflicturum, aut bellum compoſiturum*.

His Laco rebus commotus, 34. 26. Savaro leg. *his laboribus commotus*, quoci *Laco* quam maxime infenſus; ſed contra Gebhard. *Laco* defendit, quia teſte Priſciano lib. 1. Græca vocabula in ω deſinentia ad eum modum Latini terminant; ut *Dido, draco*, &c. ita Statius *Agamemno*; ita Nepos in Timotheo, *A quo cum Laco pecuniam numeratam accepiſſet*; ita Val. Flac. l. 1. Argonaut. 421.

Taurea vulnifico portæ, cælataque plumbo
Terga Laco.

Huic ergo renunciat, quæ Regi cum Lacedæmoniis eſſent irrita futura, 34. 8. Lambin. hunc locum (ut inſulſe) mire in libris omnibus conſummatum & perplexum, partim conjectura ductus, partim ex veſtigiis antiquæ ſcripturæ emendavit, atque ita edidit, *Huic ergo renunciat, renunciatum quæ Regi cum Lacedæmoniis eſſet, ſtare non poſſe, fœderaque irrita futura*. Nihil tamen in vulgata lectione aut ſpinoſum, aut obſcurum occurrit. Savaro quidem Schottus, et Gebhard. locum hunc ita leg. *Huic ergo renuncias quæ Regi cum Lacedæmoniis eſſent*, in qua ſane lectione videretur aliquid mutilum niſi *renunciare* idem eſſet ac *verbo*, vel *renuncio irritum facere*; ſic Cic. *renunciare hoſpitium alicui, & domo emigrare*; et ad Attic. *renunciare conductionem*.

Bagoum, 34. 32. alii, *Bageum*. Mag. & Lamb. ex Plutarcho *Magæum* reponunt. Videtur tamen Bagoas non tam *proprium* eſſe quam *commune* nomen apud Perſas, quod Eunuchum ſignificat.

Circa caſam eam, 34. 36. ita legendum eſſe cenſent Scioppius, Gebhard. & Courtin. Hîc tamen mire inter ſe diſſentiunt Editores Lamb. leg. *circa domum ſtramineam*. alii, *circa Sammineam*. alii, *circa domum Saniſenam*, quia *Saniſena* appellatur tractus in confinio Phrygiæ, & Galatiæ. MS. Cant. *circa Sanneam*. MS. Bern. *circa Samneam*. alii, *circa caſam ſtramineam*. quia *caſas ſtramineas* antiquos habuiſſe, apertum eſt ex Ovid. lib. 2. amor. Eleg. 9.

Roma niſi immenſum vires prombſſet in orbem,
Stramineis eſſet nunc quoque denſa caſis.

& Cæſ. in Comment. lib. 6. de bell. Gall. *Gallos ſua ætate caſas ſtramine tegere conſuevisſe* teſtatur. Fatendum eſt tamen locum hunc vetuſtis exemplaribus non ſuffragantibus, difficulter admodum poſſe reſtitui. Æquum eſt ut ſuo lectores utantur arbitrio, utrum hanc vel illam lectionem rejicere velint, aut amplecti.

Ille autem ſonitu flammæ excitatus, quod gladius, &c. 35. 2. MS. Bœcler. & Cod. Leidenſ. *Ille autem ut ſonitu flammæ excitatus eſt, etſi gladius*, &c. atque ita Scioppius legendum eſſe, conjecit.

In THRASYBULO.

Præcurrerunt, 36. 9. aliis quam maxime placet *præcucurrerunt*; ſed & hi antiquitatis rudera venerabundi nimis exoſculantur, & malunt Archaiſmos, quam nativam ſermonis elegantiam.

Ad vires vimque pugnantium, 36. 15. alii, *ad vires simulque pugnantium*. Lambin. *ad vires virtutemque pugnantium*. Puteanus, *ad vices, vimque pugnantium*. alii denique, *ad vires noſtrûm cujuſque pugnantium*. Sed nihil mutandum, quia authoris mens ea eſt, ut *pugnæ* exitum ad corporis *vires*, & *vim* animi referat.

Seque hic plus valuiſſe, quam ducis prudentiam, &c. 36. 17. alii, *ſeque his plus valuiſſe, quam ducis prudentia*, &c.

Neque vero hic modo contemtus eſt primo à tyrannis, ſed & ejus ſolitudo, 37. 10, &c. Hanc lectionem probat Caſp. Barth. lib. 24. adverſ. c. 18. nec rejicit Gebhard. MS. vero habet, *neque vero hic non contemtus eſt primo à tyrannis, atque ejus ſolitudo*. quam lectionem probant Schott. Savaro, aliique. Nonnulli tamen cum Lambino leg. *Neque vero hic contemptus eſt primo à tyrannis, ſed ejus ſolitudo*. Quanquam Thraſybulum contemptum fuiſſe à 30 tyrannis Nepos expreſſe indicat verbis ſequentibus. Voſſius demum legi velit, *Neque vero hic tam contemtus eſt primo a tyrannis, atque ejus ſolitudo*. dicitque τὸ *atque*, idem hîc valere ac *quàm*, ut in Plaut. Amphitr. Act. 1. Sc. 1. tam conſimilis eſt mihi *atque* ego.

Honoris corona, 38. 11. Lambin. interponit *ergo*; ſed hæc vox utpote quæ ſupervacanea, prorſus à Gebhardo eliminatur. Eleganter enim à Nepote *corona honoris* dicitur, quæ honoris cauſa, donatur.

Magnæque fuit gloriæ, 38. 14. ſic Cod. emendati. alii, *magnâque fuit gloriâ*.

Non propria, 38. 21. alii, *non perpetua*. Sed *proprium* idem ſignificat ac *diuturnum* Virgil.

— *propria hæc ſi dona fuiſſent*,
lib. 6. Æneid.

In CONONE.

In eoque ejus opera magni fuit, 39. 2. alii, *in eoque opere magnus fuit*. alii, *in eoque ejus opere magni fuit*. Sed ipſe Nepos habet in Datame, *multis millibus interfectis, magni fuit ejus opera*; in Catone etiam, *magnique opera ejus exiſtimata eſt in prælio apud Senam*.

Pharas, 39. 6. Sic Lambin. reſtituit; ſed Rutgerſ. var. lection. l. 4. c. 10. defendit *Theram*, atque ita leg. Gebhard. à pluribus tamen Lambini lectio retinetur.

Diligens erat imperii, 39. 10. MSS. *diligens erat imperator*.

Militum ducem ſummum, 40. 4. MS. *multùm ducem ſummum*; quæ lectio, inquit Gebhard. non aſpernanda videtur. Quid enim (inquit) eſt *militum* dux ſummus, niſi forte anſerum aut anatum, aut gregis dicem comminiſci velit.

Neque id mirandum, 40. 20. ita Schott. & Gebhard. alii omittunt.

Per literas edere, 40. 28. Schott. Dan. Gifan. Savaro leg. *agere*. Gebhard. tamen & Lambin. & Cod. emendatior. retinent *edere*; quia magis ſtylo Autoris convenit, mos vero apud antiquos olim obtinuit cum principe quanquam præſenti per literas colloquendi; de quo Tacit. Annal. 4. ut ſcilicet congrue & breviter quid vellent, principem certiorem facerent.

Quæ, 41. 10. Sic MSS. alii, *quæ*.

In patriam, 41. 23. alii, *Papiriam*; minus recte.

Ulturum, 41. 29. alii, *ultum*. alii, *ulciſci*.

In DIONE.

Sophroſynen, 43. 6. MS. addit *nomine*.

Commendat, 43. 12. MS. *commendatur*; quod Schottus probat: ſed Lambin.

Lambin. & alii quamplur. retinent *commendat*, quæ vox (inquiunt) hoc loco idem valet ac *ornat*, *facit amabilem*, *benevolentiam atque amorem conciliat*. In quo sensu reperitur apud Cic. lib. 1. Orat. *& in voce quæ una maxime eloquentiam vel* commendat *vel sustinet*. Ita Horat. epist. 15. lib. 1.

Quod me Lucanæ juvenem commendet *amicæ*.

Leniebat, 44. 5. ita Lambin. ex membran. Gisanii & Schotti, quam lection. plerique amplectuntur; veteres tamen Cod. habent *tegebat*, sensu inquit Gebhard. germano.

Graviter, 44. 22. MS. *gravi*; quam lection. Schott. & Piccart. in libris non paucis olim invenerunt: unde Schottus *gravius* substituit.

Æger, 44. 30. MSS. *ergo*.

De historicis Græcis, 45 9. ita MSS. alii expungunt *Græcis*, inter quos Lambin. quod verisimile est Nepotem de utrisque, sc. de Græcis & Latinis scripsisse.

Multorum annorum tyrannis, 45. 34. alii, *multor. annor. tyrannus*: sed male, inquit Lambin. non enim *tyrannus*, sed *tyrannis* erat multor. annor.

Visum, 46. 4. alii, *ausum*. atque ita MS. Leid.

Sævitiam suam exercuit, 46. 22. alii, *vim suam*. atque ita Gebhard. At Lambin. tres has voces Nepoti detrahit, sed inquit Gebhard. quo jure quave injuria, non patet.

Neque quo manus porrigeret suppetebat, nisi in amicorum possessiones, 47. 6. ita MSS. & Gebhard. & Courtin. Sunt tamen non pauci qui leg. *neq; amplius quid porrigeret, suppetebat, nisi amicorum possessiones*. atque hanc lectionem retinet Lambin. illiq; anteponit; priorem tamen strenue defendit Gebhard. citatque locum Curtii lib. 7. c. 55. qui ex hoc videtur imitatione expressus, sc. *Jam etiam ad pecora nostra avaras & instabiles manus porrigis*. Sed utriusque lectionis sensus fere idem est.

Evaderent, 47. 15. ita vetust. Cod. & Lambin. quidam vero *evaderet*.

Zacynthios, 48. 9. MS. *Saguntinos*.

Si propitiâ fuissent voluntate, 49. 19. alii, *propriâ*; adeo ut propria voluntas sit *non alienata*, quidam *propitiâ*, *pronâque*.

In urbe, celeberrimo loco, 48. 34. Lambin. mavult, *in urbis celeberr. loco*.

In Iphicrate.

Non tam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est, 49. 1. ita MSS. Longol. vero, *non tam genere, quam magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est*. At Lambin. *non tam genere aut magnitudine rerum gestarum, quam disciplina militari nobilitatus est*. Quia, inquit, Iphicrates plerumque habitus fuit Sutoris filius; ita Plutarch. ἀποφθ. στρατηγ. Ἰφικράτης δοκῶν εἶναι υἱὸς σκυτοτόμου. & Suid. Ἰφικράτης Ἀθηναῖος σκυτέως πατρὸς ῥήτωρ καὶ στρατηγός. atque ita Arist. lib. 1. Rhetor. Xenoph. l. 6. & alii quamplur. Verumenimvero priorem lectionem tenaciter amplectitur Gebhard. & eos qui Iphicratem Sutoris fuisse filium putant, sales Atticos parum sapuisse arbitratur, quod enim (inquit) aptos admodum calceos militi invenerit, inde forsan eâ aspersus est infamiâ. Τὰς δὲ ὑποδήσεις τοῖς στρατιώταις εὐλύτους καὶ κούφας ἐπάνησε, τὰς μέχρι νῦν Ἰφικρατίδας ἀπ' ἐκείνου καλουμένας. Diodor. l. 15.

Pro ferreis atque æneis lineas dedit, 49. 15. MS. *linteas*; quod idem signif. alii, *pro sertis atque æneis*; ut sint *sertæ loricæ*, consertæ hamis, & laminis. Ita Virgil. Æn. 3.

Loricam consertam hamis.

& Æn. 5.

Lævibus huic hamis consertam, auroque trilicem
Loricam. ——

Ordinatæ, 50. 7. MSS. *ordinatè*.

Interfecit, 50. 9. alii, *intercepit*; quod probat Gebhard.

Impetus, 50. 19. alii, *interceptus*.

In Chabria.

His statibus in statuis ponendis uterentur, in quibus victoriam essent adepti, 51. 14, 15. ita Lambin. alii, *his statibus statuis ponendis uterentur, cum victoriam essent adepti*. MSS. *his stantibus*, &c. Lambiniana tamen lectio, Gebhardo, Rutgers. Hermannidæ, & Courtino non displicuit, & sane minus est obscura, quamobrem videtur non immutanda.

Multa in Ægypto sua sponte gessit, 51. 18. alii, *quædam in Ægypto*, &c. MS. omittit *sua sponte*.

Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, &c. 52. 21, &c. alii magis concise, *Est enim hoc commune magnis liberisque civitatibus*. Sed teste Gebhardo vulgatam lectionem & sententiam astruit Tacit. vit. Agricol. c. 1. *Quoties magna aliqua & nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti, & invidiam*, &c.

Libenter de his detrahant, 52. 23. alii omittunt *de*, quia parum (ut aiunt) elegans. Cic. tamen habet in Orat. pro Rabirio, *detrahere de aliquo, & eum in invidiam vocare*. & ipse Nep. in Timoleonte, *cum quidam nomine Demænetus in concione populi de rebus gestis ejus detrahere cæpisset*.

Eminere, 52. 24. alii, *emergere*.

Hinc cum refugere posset, si se in mare dejecisset, 53. 6, 7. Lambin. & alii, *Hinc cum refugere non posset, nisi se in mare dejecisset*: neutra lectio improbanda.

In Timotheo.

Crithotem, 54. 16. ita Gebhard. ex Gifanii Cod. qui habet *Crithonem*, mutata tantum literula legendum esse autumat. MSS. vero & libri non pauci *Ericthonem*; & locum hunc Abydi synonymum esse conjicit Ortel. Lambin. autem aut substitui posse censet *Erythinos* [scil. Paphlagoniæ urbem] aut *Ctesiphontem*. Quid tamen statuat, hæret anceps, urbs enim nomine *Ericthon* nusquam loci reperitur. De Crithote v. Indicem.

Acharnanas, 55. 2. ita Longol. & Lambin. legi malunt ex Diodor. l. 15. Ἐ τὰς κατὰ τὴν Ἀκαρνανίαν πόλεις ὁμοίως ἔπεισεν ἀποκλίνειν πρὸς Ἀθηναίους. Alii, *Athamanas*, [Athemanes autem erant populi Epiri, quorum regio Athamania, inter Acarnaniam, Ætoliam, Thessaliam, & Achaiam] quidam *Athamatas*. alii, *Athamantios*; corrupte.

Quæ mare illud adjacent, 55. 3. alii, *quæ mari illi adjacent*. alii, *quæ ad mare illud adjacent*.

Menestheus filius Iphicratis, 55. 20. alii, *Hippocratis*; sed male. Nepos enim in Iphicrate tradit Iphicratem Menesthea fil. reliquisse.

Jason tyrannus, 56. 18. alii addunt *Thessalorum*.

In Datame.

Venio nunc ad fortissimum virum, &c. 57. 1. Hæc verba usque ad illa, *Datames patre Camissare*, &c. in MSS. vitæ Timothei adjunguntur. Sunt etiam qui Datamis vitam ab his verbis auspicantur, sc. *De quo hoc plura referemus, quod & obscuriora sunt ejus gesta*, &c. atque ita Gebhard. & Courtin. membranarum quarundam veterum autoritate freti; lectionem nos vulgarem retinemus.

Quo

Quo tantùm non omnes ſuperabat, 57. 6. Sic Lambin. & alii quamplur. Codd. vet. *quo tamen*, &c. alii, *quo tandem omnes ſuperavit*. MS. *quo tum omnes ſuperab.* quam lectionem maxime probat Boecler. in ſuo etiam MS. repertam.

Habuit provinciam partem Ciliciæ, 57. 13. alii omittunt *partem*: ſed minus recte, quia Leucoſyri non totam *Ciliciam* incolebant, ſed *partem* tantùm, cui (ut inquit Nep.) Camiſſares pater Datamis præpoſitus fuit.

Aperuit, 57. 15. alii, *apparuit*.

Multis millibus interfectis, 57. 18. Lambin. addit *hoſtium*. MS. *regionum*. alii, *multis millibus hoſtium, regionum quoque non paucis, interfectis*.

Autophradates, 58. 3. alii, *Antophrodates*. alii, *Androphrodates*.

Thyus, 58. 8. alii, *Thuys*, vel *Thuus*. alii, *Thys*, vel *Thus*: ſed utrum ſcribatur, parum refert. Lambin. tamen malit legi *Thys*, vel *Thus*, ex Athenæi l. 4. c. 1. & lib. 10. ubi Athen hunc regem vocat Θυῶ & maxime gulæ deditum fuiſſe tradit.

A Pylæmene illo, quem Homerus Troico bello à Patroclo interfectum ait, 58. 9. *Menelaum* hic pro *Patroclo* legendum eſſe, ex narratione Homerica Ιλ. ε. nemo non videt.

Regi dicto audiens non erat, 58. 10. alii, *regis dicto*; ſed nihil mutandum. Nepos in Lyſandro, eodem modo loquitur, *qui quod* dicto *audientes imperatoribus ſuis non erant*.

Nihila ſegnius, 58. 22. Schott. *nihilo ſequius*, vel *ſecius*.

Barbaque erat prolixa, 58. 28. MS. *promiſſa*: atque ita quidam legi malunt, quia (ut aiunt) *promiſſa barba* ſæpiſſime in Autoribus; *prolixa* rariſſime occurrit: ſed Virgil. habet in Pharmac.

Horſuſumque ſupercilium, prolixaq; barba.

Fuit nemo non qui agnoſceret Thyum, regique nunciaret, 58. 37. ita Longol. & Mendozian. Cod. ita Gebhard. aliique quamplur. alii tamen, *fuit nemo qui agnoſceret Thyn, qui non regi nunciaret*: atque ita MSS.

Nobilis, 59. 4. alii, *non vilis*.

Imprudentem, 59. 21. ita MSS. alii, *imprudentem & imparatum*.

Ferentem, 59. 31. Lambin. legi velit *ruentem*.

Archiæ, *ibid.* hic erat *Thebanus*, & *ſummam obtinebat Thebis poteſtatem*, vi. *Xenophont.* lib. 5. cap. 14. de re. Gr.
Ardeatinum prædium, 124. 16. ſc. *Antici prædium in Ardea, ubi olim Dauregis Rutulor. regia. Virg. lib.* 10. *Æneid.*
Areten, 43. 6. ſc. Dionyſii tyranni filiam, Dioni in matrimonium data, *ibid.* 8.
argenti, 67. 18. argento, 108. 15.
Argilius, adoleſcentulus, qui Pauſaniæ Epiſtolam ad Artabazum, Ephoris tradidit; atque ita Pauſaniam prodidit, 20. 19. 27. &c.
Argivos, 68. 32. ſc. *Græcos*, ab Argo.
Argos, 13. 35. *Duo ſunt præcipua ejusdem nominis oppida in Peloponneſo; alterum* Hippium, *clariſſ. civitas non pro. à Mycanis ad Inachium fluv.*

Ecce autem Inachiis ſeſe referebat ab Argis.

Virg. lib. 7.

qua ad diſcrimen aliarum ejuſdem nominis urbium, Argos Hippium *vocabant, ab equorum multitudine; Alterum* Dio. ſium, *ab aqua penuria, quod &* Phoronicum *dictum eſt à Phoroneo primo rege, teſte Stephano. Eſt item Argus pidum Theſſalia quod &* Pelaſgicon, *Pelaſgis. Porrò Argos locus erat certus & definitus, in quo commorabantur ſtularum ſuffragiis urbe ejectis.*
arguebant, 32. 32. argui, ſc. convicti, 20. 15.
Ariobarzanes, 54. 11. *Perſar. reg. Satrapa*, præfectus Lydiæ & Ioniæ totius Phrygiæ, 58. 21. *à rege defec. de eo vid. Diodor. lib.* 15.
ARISTIDES cognomine *Juſtus* appellatus, 16. 7. obtrectatione Themiſtoclis exul factus, *ibid.* 8. belli Perſici neceſſitate reſtitutus, *ibid.* 18. &c.

prætor apud Platæas in prœlio, quo fusus Mardonius, 17. 4. 5. &c. justus, *ibid.* 8. æquus, *ibid.* innocens, *ibid.* abstinens, *ibid.* 25. pauper moritur, *ibid.* 27. *De Aristide videndi Plutarch. in vita. Herodot. in Urania. Diod. Sic.* 11. *Polyan.* 1. *Frontin.* 4. 3. *Valer. Max.* 5. 3. *ext. Justin.* 2. 15. *Cic. pro Sestio, & Tusc.* 5. *& alibi. Senec.* 4. *de Benef.* 27. *& Consol. ad Helv.* 13. *Æschines contra Ctesiphontem Suid.*

Aristomachen, 43. 3. sc. sororem Dionis. *ibid.* 4. *quam Dionysius superior* habuit in matrimonio; ex qua duos filios procreavit, Hipparin. & Nysæum; totidemque filias, Sophrosynen & Aretæn, *ibid.* 5, 6.

Arma, 33. 14. arma conferrent, sc. *dimicarent*, 84. 21. arma inferre, 104 1. *& alibi.*

Armarentur, 77. 37. armat se imprudentia Dionis, 47. 25. sc. *ab ejus imprudent. sibi vires, & consiliis successum metuatur.* armatis, 48. 5. *& alibi.* armatorum, 6. 9. *& alibi.* armatos, 110. 19. armaturæ levis maximum numerum, sc. *militum quibus levis armatura*, 62. 9. armatus, 92. 21. armavit, 108. 25. armavit regem, sc. *ad arma instigavit.* ibid.

Armeniorum, 62. 6. sc. populi Armeniæ. *Armenia autem est Asia minor. regio nobilissima, inter Taurum & Caucasum sita; in majorem & minorem dividitur; major nunc vulgo* l'Armenie & le Curdistan, *minor* Aladuli & Accojonlu *dicta*

Armilli, 58. 30.

Armis, 3. 12. *& alibi.* in armis, sc. *in disciplina militari*, 66. 19. armis, sc. *potentia & robore belli*, 11. 35. armorum officinas instituere, sc. *quo studiosius armarentur, exercerentur, insignibusque ornarentur milites.* 77. 36. &c.

Arripuerat, 113. 26. arripuit, 14. 11.

Arsidæum, 60. 27. sc. fil. Datamis qui in prœlio occidit contra Pisidas.

Artabano, 98. 11. *Persar. fuit Satrapa & Xerxem interfecit.* vid. Justin. lib. 3. cap. 1.

Artaborum, 19. 19. *Summus fuit Xerxis præfectus, de quo Herod. lib.* 9. *& Thucyd. lib.* 1.

Artaphernem, 5. 30. *Darii erat Satrapa, & frater; post Marathoniam cladem in Græcia, infeliciter periit, à Spartanis in puteum conjectus, & superstructa pyrâ vivus suffocatus. Ælian.*

Artaxerxes, *duo erant istius nominis*; Macrochir, & Mnemon. *uterque Persar. rex*, 98. 2. *alter* ob pulcherrimam corporis formam insignis, virtutemque belli, *ibid.* 4. &c. *alter*, justitiæ fama floruit, *ibid.* 8.

arte, 6. 25.

Artemisium, 11. 5. Artemisio, *ibid.* 12. *Promontorium*, sc. *Eubœæ ubi Græci secundò cum Xerxe decertarunt, nam primò ad Thermopylas.*

artes, 43. 11. artibus, 66. 11. *& alibi.*

artifices, 51. 14. *& alibi.*

arx Athenar. 23. 22. *de ea vid. Meursii* Cecropiam.

ascenderat eum gradum, sc. *eum honorem*, 92. 8. ascenderet navem, 67. 31. ascendit, 14. 20. *& alibi.*

Asia, 12. 9. *notissima*, sc. *mundi pars in ortum extensa, in majorem, & minorem olim divisa.* Europæque succubuit Asia. *ibid.* sc. *Asiatica vis Persar. Europæ Græcor. viribus succubuit.*

aspectu, 50. 23.

Aspendiorum, 62. 7. *Pamphilia*, sc. *populi, ab Aspendo ejus Provinciæ oppido, ad fluv. Eurymedonta sito*; vid. *Steph. & Pompon. lib.* 1.

aspergebatur infamia, 29. 34.

asperitatem, sc. *difficillimam naturam, & severitatis excessum*, 117. 36.

aspernaretur conditionem, sc. *pactionem recusaret*, 22. 15.

aspexit, 95. 8. aspicere non ausus fuit in acie, sc. *ne vultum quidem atque aciem oculor. in bello ferre potuit*, 70. 16. aspiciebant, sc. *reverebantur.*

Aspis, sc. *Catonis Dynastes*, 59. 12. dedit se Datami, *ibid.* 33. vinctusque ad Artaxerxem mittitur, *ibid.*

asportant, sc. *illuc deducunt*, 10. 32. asportaret, 108. 21.

assectam Prætoris, 118. 33. *legatus nimirum erat, vel adjutor Prætoris. Imperatores, aut rectores Provinciar. nonnunquam sibi legatos, sive adjutores ex equestri ordine legerunt.*

assiduis, 102. 18.

Astu, *Athenæ*, 11. 15. *& alibi.* κατ' ἐξοχὴν. *vid. var. Lect. in Themistoc.*

at, 1. 14. *& alibi*, at, *contra*, 68. 19.

Athenæ, 41. 20. *& alibi.* Athenar. 23. 23. *& alibi.* Athenas, 5. 24. *& alibi.* Athenis, 4 4. *& alibi. de Athenis urbe Græcia notissima, clarissima olim artibus*

bus & armis, à Cecrope condita, supervacaneum esset dicere. Nunc Athine *incolu & Turcis vocatur.*

Athenienſes, Cherſoneſum colonos mittunt, 3. 7. decemplicem numerum Perſar. profligant, 6. 35. ſe dedunt Lacedæmoniis, 25. 9. indicunt Lacædæmon. bellum, 78 24. cum Bœotiis aliiſque ſociis vincuntur ab Ageſilao apud Coroneam, 79. 2. Athenienſibus licet eodem patre natas, uxores ducere, 1. 12.

athletæ, 51. 14. *athleta apud Grac. nudi pugnabant quinque certamin. generibus; luctatione, pugilatu, curſu, ſaltu, pancratio.* athletarum, 66. 15.

atque, 1. 9. *& alibi*, atque, *quam*, 12. 25.

attendiſſet animum, ſc. *applicuiſſet*, 31. 6.

Attica, 15. 34. Atticam, 5. 37. *regio eſt parva Achaiæ in ejus angulo orientali, ejus primaria urbs fuit Athenæ: Sic dict. ut videtur Pauſania, lib.* 1. ATTIC. *ab Atthide Cranai reg. filia, hodie* il Ducato di Atene *Italo.*

Atticus, *ſive Attius*, 110. 30. ſc. *Annalium ſcriptor, vid. var. Lect. in Hannib.*

ATTICUS, *T. Pompon.* eques Roman. 115. 3. bene educatus & eruditus, *ibid.* 7. &c. Cinnano tumultu Athenas ſtudiorum cauſa migrat, 116. 10. liberalitate Athenienſes devincit, *ibid.* 16. &c. à quibus ample honoratur, *ibid.* 30. Syllæ gratus, 117. 9. &c. amicos Romæ non deſtituit, *ibid.* 25. redit Romam, *ibid.* 30. Cæcilii avunculi, obſequio conciliati, hæres fit, 118. 2. Ciceroni. & Hortenſio, æmulis, perſamiliaris, *ibid.* 6. &c. 9. &c. bellis civilibus, honoribus, litibus, præfecturis abſtinuit, *ibid.* 19. &c. 26. &c. Cæſari gratus, nec Pompeio inviſus, 119. 10. *ibid.* 5. Brutum abjectum levat, *ibid.* 36. nec potenti adulatur Antonio, 120. 1. rurſum Antonii Italia pulſi, uxorem, liberos, & familiares tuetur, *ibid.* 15. &c. à quo reduce & potente conſervatur, 121. 15. &c. prudentia ejus in civilibus diſcordiis, 118. 16. fides & liberalitas erga amicos, 121. 20. &c. *ibid.* 34. &c. 122. 4. &c. 123. 6. induſtria & moderatio in re familiare, 123. 8. &c. in conviviis acroama, &c. 124. 3. &c. virtutes, *ibid.* 23. &c. humanitas, *ibid.* 34. &c. pietas 125. 17. ſcripta & libri, *ibid.* 32. 35. &c. cum Auguſto affinitas & familiaritas, 126. 23. morbus, & conſilium finiendæ vitæ, 127. 26. 1. 128. 6. obitus & exequiæ, *ibid.* 22. &c. *de Attico, lege Ciceron. libros Epiſtolar. ad Atticum.*

attigerat, ſc. *pervenerat*, 46. 5. attigero *leviter perſtrinxero*, 72. 5. attigit, 37. 28. attigit poeticen, ſc. *aliquid operæ in eo ſtudio poſuit*, 126. 8. attingere, 85. 28. attingere, ſc. *exponendo*, 96. 25.

attulerant, 81. 13. attulerit, 49. 8. attuliſſe, 21. 23. attuliſſet, 67. 25. attulit, 95. 1.

avare, 27. 9. avaritiam, *ibid.* 19. avarus, 98. 22.

aucta eſt, 44. 33. auctæ, 37. 18. auctor 80, 13. auctorem, ſc. *conſiliar.* 116. 37. auctus, 92. 7.

audaciſſimos, 48. 10. audacius, 70. 27. audax, 25. 11.

auderent, 11. 17. *& alibi*. auderet, 61. 29. auderi 6. 15.

audiendi, 44. 14. *& alibi*. inſuetus male audiendi, ſc. *qui de ſe probra audire non ſolebat*, audiens, ſc. *obſequens*, 58. 10. *& alibi*. audiente, 92. 16. audientes, ſc. *obſequentes*, 25. 7. audierit, 96. 26. audierunt, 12. 30. audire, 84. 17. audiret, 96. 33. audiri, 20. 35. audiſſet, 13. 9. audit. 60. 26. audita, 11. 30. *& alibi*. auditum, 88. 21. audiverimus, 16. 7. audivit, 14. 4. *& alibi.*

averterunt, 30. 34. averterunt puppes, ſc. *de fugientibus aut terga vertentibus*, 109. 33. *vid. var. Lect. in Hannib.*

augere, 122. 23. augeri, 41. 32. augeri agro, atque urbibus, ſc. *donari, locupletari*, 54. 14. augeri, *promoveri*, 91. 16. augetur, 120. 7.

aulicorum, 60. 5.

avocas, 68. 12.

aurea, 106. 35. aureæ, 86. 32.

Aurelium, ſc. *Coſ. Rom.* 106. 32. *An.* 540. U C. *P. Sulpicio Galba, C. Aurelio Cotta Coſſ. bellum cum rege Philippo initum eſt, paucis menſibus poſt pacem Carthaginenſibus datam.* Liv. 31. *Annal.*

aures, 5. 23. *& alibi. auribus*, 95. 23.

aureis, 32. 9. *& alibi*. aureum, 18. 12. auri, 67. 18. auro, 118. 14.

auſi, 4. 27. *& alibi*. auſus, 51. 10. *& alibi.*

ge, 1. 4. *& alibi.*
nem, 47. 2. *& alibi in locis quam plur.*
rvjuvrias, 97. 1. *Dea erat* Fortis Fortuna, *quam Siculi tanquam omnium alitricem, laborumque humanorum dominam venerabantur; cui & Graci Romanique multa monumenta consecrarunt; cujus cultum ex veteri Astrologia deducendum autumat* Seldenus *de diis Syris Syntagm. 1. cap. 3. Ad hujus Dea auspicia, & numen Timoleon retulit, quicquid sibi unquam prospere evenit.*
Autophradates, 58. 3. Autophradatem, 61. 30. *Satrapes erat Lydia,* quem Datames in prœlio vicit, 62. 13. &c.
utorem, 15. 30. autoritas, 8. 23. autoritate, 23. 7. *& alibi.* autoritatem, 41. 33. autoritati, 55. 31.
vunculi, 128. 26. avunculo, 123. 13. avunculum, 117. 34.
vus, 56. 10.
uxerat, 43. 14. auxerim, 128 8.
uxilia, 101. 19. auxilio, 5. 33. *& alibi.* auxilium, 6. 3. *& alibi.*
uxit, 54. 2. *& alibi.*

B.

BAbylone, 83. 10. *& alibi. urbs erat Asia maxima, caput olim Chaldaica region. condita à Belo seu Nembrotho circa Noa obit. Postea à Semiramide, muris cinsta pulcherrimis; sæpius capta; à Cyro, Dario, Alexandro Mag. qui in ea obiit: à Seleuco, aliisque tandem excisa; & ex ejus ruinis crevit* Bagdadum, *urbs ampla, & probe munita, ad Tigr. fl. alia* Seleucia magna *dict. fuit etiam urbs vocata* Babylon *in Ægypto, ex ejus ruinis erecta est,* urbs Cairus *dicta, totius Egypti; caput hodie* le grand Cairo.
Bagoam, 34. 2. *nomen,* scil. *commune apud Persas Eunuchum significe.*
Balbum, *L. Cornel.* 127. 36. *Attici erat amicus familiarisq. genere Gaditanus; quem, cum de civitate, in periculum vocaretur, Cicero defendit; cujus extat oratio.*
barbaque, 58. 28.
barbari, sc. *Persa,* 35. 7. barbaris, 13. 26. *& alibi.* barbaro, 41. 14. barbarorum, 4. 7. *& alibi.* barbaros, 7. 18. barbarus, sc. *Xerxes,* 11. 36.
Barcas, 100. 1. *nom. gentile Hamilcaris.* Sil. lib. 1.

----- ortus
Gerrana prisci Barca de gente.

beatissimi hominis, sc. *admodum instructi copiis rei familiaris,* 81. 8.
bella, 51. 17. *& alibi.* bellandi, 101. 32. *& alibi.* bellare, 12. 2. *& alibi.* bellatum, 40. 4. bellavit, 95. 25. belli, 10. 12. *& alibi.* bellica, 78. 26. bellicosas, 108. 27. bellicosissimas, 102. 12. bellicosum, 95. 33. bellis, 130. 35. bello, 7. 19. *& alibi.* bellorum, 113. 37. Bellum Ægyptium, 59. 7. Cæsarianum civile, 119. 1. Corcyræum, 10. 4. Corinthium, 79. 17. Peloponnesiacum, 29. 14. Persicum, 10. 14. Punicum primum, 100. 2. secundum, 102. 17. tertium, 104. 34. &c. Sociale, 50. 32. bellum delevit, 33. 35. *eleganter de subito & insperato fine, bello imposito, hostibus impetu oppressis.* bellum infinitum, sc. *implacabile,* 63. 22.
bene, 3. 5. *& alibi.*
beneficia, 122. 10. beneficiis, 63. 25. beneficio, 116. 32.
benevolentia, 46. 6. *& alibi.* benevolentiam, 32. 10.
benignitatis, sc. *de præstito auxilio,* 95. 20.
bestiam, 58. 34.
biduum, 128. 18. biduo, 106. 22.
bini, 107. 10 bis, 13. 27.
Bithyni, sc. *Bithynia incola,* 109. 22. Bithyniam, 110. 7. *Bithynia regio est Asia min. à Bithyno rege sic olim dicta: hodie* Becsangil *dicitur;* & Osmanili *à Turcis, quorum dominationi tota subest.*
blandus *disting.* ab *affabili,* 28. 12.
Bœbio Tamphilo, *Cn. Cos. Roman. v. Cassiodor. Chron.*
Bœotii, 35. 25. *populi,* sc. *Bœotia.* Bœotia *est regio Achaia, seu Helladis notissima,* Aonia *olim dicta,* & Ogygia; *nunc* Stramulipa *vocatur à Turcis.* Bœotii bellum indicunt Lacædæmoniis, 40. 13. apud Mantineam fortiter pugnant, 70. 34. magis firmitati corporis, quam ingenii acumini inserviunt. 35. 25.
bona, 15. 1. bona, sc. *possessiones,* 32. 17. bona *à natura,* 43. 10. bona *animi,* 66. 20. bonam *existimationem,* 78. 32. bonarum, 81. 18. boni, 37. 20. bonis, 128. 23. bonis, sc. *facultatibus,* 30. 21. bonitas *naturalis,* 120. 7. bonitate, sc. *aquitate civilis imperii,* 8. 18. bonitatem, sc. *virtutem & animi moderationem,* 97. 2. bonitatis, sc. *perpe-*

tua morum facilitatis, 121. 9. bono, 12. 16. bono naturali, ſc. *obtinenda apud omnes gratia*, 36. 12. bonos, 13. 13. bonum, 15. 9. bonus *civis*, 50. 25. Bonus, ſc. *cognomen in virtutis honorem*. Phocioni *datum*; *quod* Loccenius *pro* leni, & benigno *accipiendum eſſe exiſtimat*.

Borea *vento*, 4. 23. *qui & Aquilo voc. ibid.* 2.

Bornos, ſc. *Caſtellum Perinthi*, 33. 2.

brevi, *adj.* 4. 7. *& alibi.* brevi, *adv.* 11. 28.

Brutus, ſc. *M. Caſarii interfector.* potens, 119. 26. abjectus, *ibid.* 36. interit, 121. 33.

Byzantii bello ſubacti, 54. 6.

Byzantium, 31. 27. *urbs Thraciæ, Straboni, Polybio, &c.* poſtea Conſtantinopolis; *à Conſtantino Mag. inſtaurata, & auctа: hodie* Stamboul *Turcu: ſita eſt ad Boſphorum: olim imp. Græc. ſedes, nunc Turcarum regia.*

Byziam, 33. 2. *urbs eſt Thraciæ mediterranea; olim Teres regia; nunc* Vize *dicta, ſedes unius præfecti, ſub Turcis in reg.* Romania.

C.

CAdmæa, 72. 11. Cadmææ, 74. 12. Cadmæam, 71. 19. *arx erat Thebar. Sic dict. à Cadmo fil. Agenoris reg. Phœnicum Thebar. conditore.*

cadit, ſc. *de morte bellica*, 60. 27.

caduceo, 109. 14. *inſigne legationis apud veteres erat; præcipue in pace faciendâ: de Caduc. Orig. v. Plin.* 29. 3. *Serv. ad 4. & 8. Æneid.*

Caduſios, 57. 16. *Media popul. ad Caſpium mare.* vid. Strab. lib. 11.

Cæcilius, Q. 117. 34. Attici ayuncul. & difficillima natura, *ibid.* 35. hæredem facit Atticum, 118. 2. *v. Cic. lib. 1. ad Attic. Epiſt. 1. l. 2. 19.*

cæde, 48. 24. cædem facere. 38. 7. exderentur. 61. 8. cædes, 71 15.

Cæſar, ſc. *Jul.* occiſus, 119. 15. ejus interfectores, *ibid* 20.

Cæſar, ſc. *Octavian.* 122. 17. ejus proſperitas, 126. 26.

Cæſarianum civile bellum, ſc. *inter Caſ. & Pompeium.* 119. 1.

cætera. 82. 26. *& alibi.* cæteræ. 53. 4. *& alibi.* cæteram, 19. 15. cæteri, 23. 25. *& alibi.* cæteris, 40. 28. *& alibi.* cætero, 58. 30. cæterorum, 5. 19. cæteros, 26. 16. *& alibi.* cæterum 87. 24.

calamitas, ſc. *clades*, 79. 33. calamitate, 62. 21. calamitatem, *eod. ſenſu* 39. 12. calamitatem, ſc. *de cæcitate* 96. 25.

calces remittere. ſc. *de equo*, 85. 25. *id eſt quod calces retromittere.*

calefieri, *ibid.* 24.

Calidius, *L. Jul.* 122. 34. poeta elegantiſſimus Auguſtæi ævi, quem in proſcriptorum numerum relatum, Acticus expedivit, 123. 3.

Callias, 22. 11. Calliæ *ibid.* 17. *vir ex ditiſſim. apud Athenienſ.* κεκτημένος *dict. quod ex puteis & fodinis divitias paraſſet: Hunc ſordide divitem narrat vocat Seneca controverſ. 24. lib. 4. De hoc vide Athenæum, l. 12. cap. 8. &* 17.

Callicrates civis Athenienſ. homo ad fraudem acutus, ſine ulla religione & fide, 47. 15. &c. ad interficiendum Dionem ſocios conquirit, *ibid.* ut interficeretur, curat, 48. 9. &c.

callida, 19. 29. callidam liberalitatem, *qua* ſc. *non honeſta ſtudio, ſed tempori datur, & utilitati*, 122. 2. callide, 62. 19. callidiſſime, ſc. *perſidiaciſſime*, 10. 1. callidiſſimo, 105. 35. callidiſſimus, 108. 10. calliditate 82. 11. callidus, *vir* ſc. *qui conſilia pollet*, 63. 11.

Calliphrone, 66. 4. *ſaltator erat olim celeberrimus, qui ſaltandi artem Epaminondam docuit.*

Calliſtratus Athenienſ. legatus, ſua ætatis eloquentiſſimus. 68. 29. *ejus Oration. quam habuit coram Lacedæmoniis, refert Xenoph. lib. 6. cap. 4. de reb. Gr.* Eum perorantem redarguit Epaminondas, 69. 1. &c.

Camiſſares, pater Datamis manu fortis, belloque ſtrenuus, 57. 11.

campeſtribus, 85. 33.

campo, 106. 13. in campo ſui nunquam fecit poteſtatem. 78. 16. ſc. *nunquam in patenti loco, ſuas copias explicuit.* campum, 5. 37.

canibus, 73. 27.

Canium *Gellium*, 121. 17. *Attici, erat amicus* cumque eo adeo conjuncte vixit, ut à puero uſque ad extremam ſenectutem, amicitia eor. creverit, 121 10.

Cannenſem pugnam, 106. 12. *ad Cannas*, ſc. *cumpoſſam*, Canna, *vicus eſt in Apulia*

Apulia, juxta Aufidum amnem, ingenti Romanor. internecione ab Hannibale nobilitatus, de pugna Cannensi vid. Polyb. lib. 3. Liv. 22.
...are ad sonum chordar. 65. 18. ...tc. carmina tibiis, 66. 3. cantasse, 1. 6.
...pere, sc. *occupare*, 32. 31. *& alibi.* capere fructum oculis, ex alicujus casu, sc. *oculos oblectare, pascere.* 89. 14. ...aperentur consilia, 86. 34.
...pessendæ, sc. *administranda*, 10. 3.
...pi, 85. 18. capi, sc. *obtineri*, 118. 21. capiebat, 20. 1. *& alibi.* capiendum, 87. 21.
...pillo, 58. 27.
...pit, 41. 19. capit arma, 59. 29. capit consilium, 88. 11. *& alibi.*
...pite, 58. 32. capitis absolutus *de reo capitis, cui vita conceditur*, 8. 3. capitis accusatus, 19. 25. capitis damnatum, 30. 21. capitis causam dicere, 50. 31. *& alibi.*
Capitolio, 127. 8. sc. *monte Tarpeio*, hîc ædes Jovis Feretrii à Romulo constituta est, quam vetustate pene prolapsam Aug. Cæs. reficiendam Attici monitu, curavit, *ibid.*
...pitulatim dicta, sc. *summatim perstricta*, 113. 35.
Cappadocia, 83. 19. Cappadociam, 60. 21. Cappadociæ, 59. 13. *regio est Pontica, quam Euphrates à majore Armenia dividit; hodie* Amasia *à Turcis vocatur.* Cappadocum, *populi Cappadocia*, 62. 5.
captam, 50. 21. *& alibi.* captæ, 31. 24. capti, *decepti*, 4. 27.
Captianorum, 62. 8. *quinam sint* Captiani, *inter autores non convenit; nisi forte emendandum sit,* Capsianor. *qui incola sunt Capsa, urbis Africa; de quib. Sallust. bell. Jugurthin.*
captis, 23. 13. *& alibi.*
captivi, 106. 37. captivos, 107. 2.
captos, 31. 29. captus, sc. *permotus*, 14. 24. captus est, 63. 11. *& alibi.* captus, sc. *affectus, delectatus*, 117. 9.
Capuam, 105. 32. *urbs erat Italia in Campania felici,* prope Vulturn. fl. *ab Oseis condita: olim perampla, deliciis affluens, & fertilissima. Hîc Hannibal maluit luxuria indulgere, quam Romam proficiscendo, parta uti feliciter victoria.*
caput, 35. 9. caput totius Græciæ. *urbs* sc. *domina, qua cæteris imperabat.*
Cardaces, 62. 4. *Apud Persas sic dicebantur, qui ex rapto vivebant, Strabo lib. 15. Polyb. tamen & Arrian. illos Asiæ min. populos esse scribunt.*
Cardianus, 82. 1. sc. *ex urbe Cardia ortus.* Cardia *vero urbs fuit Chersonesi Thracia, in ejus ora occidentali: hodie* Caridia.
Care, sc. *ex* Cariâ, *natus*, 57. 9. Cares, 4. 24. *gens fuit quæ Romuli tempore maris Mediterranei imperium tenuit.* Caria, 77. 29. Cariam, 78. 11. *Caria, regio fuit Asiæ minor, maxime in meridiem extensa, ex adverso Rhodi insula; terminatur ab Oriente Lycia, à Septentrione Ionia, ab occidente mari Ægao, & à meridie mari Carpathio, & Rhodio, nunc vulgo* Lango: *sub ipsa comprehenditur Doris regio parva, & nunc* Adinelli *vocatur,* & subest *dominio Turcar.*
carior, 115. 16. *& alibi.* carissimum, 121. 21. carissimus, 116. 16. *& alibi.* carius, 124. 30.
carmina, 66. 33.
Carthago, 101. 14. Carthaginem, *ibid.* 18. Carthagine, 104. 13. *Carthago urbs erat olim terra marique totius Africa florentissima; Roma æmula; à Phœnicibus in Libya littore condita; à Scipione tertio Punico bello penitus eversa; illius tractus hodie ab incolis dicitur,* Bersack. Carthaginenses, 44. 6. Carthaginensibus, 57. 2. Carthaginiensium, 94. 29.
caruit, 66. 34. caruit patria, sc. *exul erat*, 74. 28.
casam, 34. 36.
casibus, 120. 6. sc. *de varietate tempor.*
Cassander à Polyperchonte Macedonia pellitur, 92. 28. *Cassander Antipatri erat fil. unus ex Alexandri Ducibus, & mortis ejus authorib. Alexandro mortuo regis nomen sibi arrogavit; & Macedoniam invadens, Olympiadem Alexand. Mag. matrem occidi jussit; & immani sævitia omnem familiam regiam abolevit. Just. lib. 14. cap. 6.*
Cassius cum Bruto rer. potitur, 119. 15. in exilium proficiscitur, 119. 34. interit, 121. 33.
Castella, 33. 2. *& alibi.* Castellis, 4. 8. *& alibi.* Castello, 85. 32. Castellum, *ibid.* 20.
castra, 6. 11. castra nautica habere, sc. *de statione navium*, 33. 29. *& alibi.* castra ponere, 60. 33. *& alibi.* movere castra, 62. 16. *& alibi.* in castra

ſtra proficiſci, *militatum ire*, 104. 15. caſtra ſequi alicujus, *militari ſub ejus ſign.* 112. 10. *& alibi.* caſtris, 38. 25. caſtris uti, ſc. *bello operam dare, bello exerceri*, caſtror. conſuetudo, 88. 16. ſc. *ignes faciend. de quibus Lipſ in milit. Rom.* caſtrum, ſc. *de loco muro munito*, 34. 9.

caſu, ſc. *de re fortuita, & inſperata*, 7. 27. caſu, ſc. *de lethali vulnere accepto*. 70. 33. caſu, *de captivitate*, 89. 14. caſum, ſc. *acerbam fortunam*, 32. 13. caſus adverſos, 60. 11. ſecundos, *ibid.* 12.

Cataoniam, 59. 12 *tractus eſt Aſiæ minor. & Cappadociæ pars, qua Comagenam attingit. Plin. l. 6. c. 3.*

catervis, 51. 6.

CATO, annor. XVII. primum ſtipendium meruit, 112. 7. Fit Quæſtor. *ibid.* 12. Ædilis. *ibid* 15. Prætor. *ibid.* conſul triumphavit, 115. 5. cenſor luxuriam repreſſit, *ibid.* 15. multas inimicitias, ſuſcepit reip. cauſa. *ibid.* 18. ejus elogium, *ibid.* 21. &c. ſtudia. *ibid.* 25. &c. ſcripta. *ibid.* 29. &c. *Catonem memoravere Plutarch. in vita. Aur. Vict. de viris illuſtribus, cap.* 47. *& paſſim Liv. Val. Max. Frontin. ejus mores deſcribuntur à Livio.* 39. 40. *à Salluſtio in bello Catilinar. ejus dignitates per annos digeſſit Andr. Schottus.*

Catulli, 122. 34. *poeta fuit Veronenſis elegans, mordax, laſcivus ; vixit Sylla, & Marii temporibus :* de eo Ovid. 2 Triſt.

Sic ſua laſcivo cantata eſt ſæpe Catullo
Fœmina.

Catulus, ſc. *C. Luctatius*, 101. 4 *ibid.* 10. *conſul erat Rom.* pacem init cum Carthaginenſibus.

cavendum, 31. 7. cavit. 122. 14.

cauſa, 8. 9. *& alibi.* cauſa cognita, ſc. *in judicio examinata*, 8. 2. cauſa, ſc. *negotio*, 20. 23. cauſa, ſc. *gratia*, 26. 1. *& alibi.* cauſæ, 21. 2. cauſam, ſc. *prætextum obtentum, ſpeciem*, 12. 20. 13. 6. *& alibi.* cauſam dicendam, ſc. *in judicio*, 30. 13. cauſam capitis dixit, ſc. *in judicio, capitali, pro ſe verba fecit*, 50. 31. *& alibi.* cauſam omnem in ſe transferrent, ſc. *omnem in ſe culpam rejicerent*, 70. 6. cauſas, 39. 4.

cecíderat, ſc. *evenerat*, 4. 25. cecíderunt, 63. 10. cecidiſſent, 62. 14. cecidiſſet, 58. 1. cecidiſti, 89. 26. *omnia de morte bellica*, cecidit in ſuſpicionem, *in ſuſpicionem venit*, 25. cecidit majeſtas, ſc. *evertitur in perium*, 73. 24. cecidit, *periit*, 18. *& alibi ſæpius.*

cecinit, ſc *prædixit*, 125. 16.

cedens, ſc. *concitata multitudini non repugnans*, 16. 11. cedentes, 37. 25. cedenti, ſc. *exeunti*, 119. 36. cedere loco, *de militibus in prælio*, 51. 7. cedere in re nulla Ageſilao, i. e. *dux eſt atque conſilio pollens, & bello ſtrenuus*. 52. 10.

celandam, 122. 22. celans, 60. 22. *alibi.* celari, 31. 5. celâris, 104. 25. celat, 87. 35. celatum, 42. 1.

celeberrimo, 48. 34.

celebrante, ſc. *funus. De officio exequiarum* 97. 22. celebratum eſt, 50. 9. *& alibi.*

celebritate, 2. 13. ſc. *frequentia ; & ſolitudini oppon. locumque notat, quo plures commeant, & aſſidue conveniunt.* Ita Tul. in Partit. Orat. *loci celebres, ac deſerti?* lib 11. ad Attic. Epiſt. 14. *Me tua ſolitudo minus ſtimulat, quam iſta celebritas. Horat lib. 1. Ep.* 17. *Quintil. Decl.* 26. 5. *aliique eod. modo uſurparunt.*

celeri, *auxilio* ſc. *extemplo dato*, 6. 6. celeri rumore dilato, ſc. *cum ſubito rumor percrebuerat*, 48. 26. celeria remedia, 127. 28. *Loccen.* exponit *laxantia, digerentia, reſolventia, qua pellunt obſtantia ; ut Horat. loqu. Satyr.* 2. 4. *de iis Celſ. l. 4. de re Med. cap.* 18. *aliique medici.* celeritas conſilii, ſc. *conſilium confeſtim animo elicitum*, 80. 3. celeritate, ſc. *conficiendar. rer.* 60. 3. celeritate, ſc. *expeditionis*, 77. 9. celeritate, ſc. *itineris*, 78. 36. celeritate ingenii, 82. 11. celeritatem adhibere, 88. 6. celeritatem alicujus impedire, *ibid.* 28. celeriter, *brevi tempore*, 5. 35. *& alibi.* celerius factum, ſc. *præſentiore conſilio*, 61. 23. celerius, *promptius*, 74 23.

cenſebat, 37. 26.

cenſor, 113. 13. cenſura, 112. 5.

Centenium, C. 105. 22. *prator erat Rom. à Senatu contra Hannibalem miſſus, & ab Hannibale occiſus.*

centies, 118. 4. *& alibi.* centum, 6. 33. *& alibi.*

ceperant, 119. 7. ceperat, 19. 11. *& alibi.* ceperat, *conciliarat*, 126. 25. ceperit,

erit, 66. 33. ceperunt, 5. 35. & alibi. cepiſſent, 80. 6. & alibi. cepiſſet, 19. 5. & alibi. cepit, 23. 12. & alibi. epit, ſc. conciliavit, 34. 7.
n circumfuderunt, 81. 25. Perſar. nu fust defunctos cera circumlinire, ut quam maxime maneant diuturna corpora. Cic. Tuſcul. qu. 1. Herodot. lib. 1.
eraunus. Ptolemæus. 99. 6. fil. fuit Ptolemæi, qui unus erat ex Alexandri ducibus. Ceraunus dict. quia belli fulmen.
eremonia coli, 14. 12.
ernens, 34. 5. cerneretur, 95. 13.
ertum diem, ſc. præſtitutam, 52. 15.
ertumen, ſc. æmulatio, 12. 28.
ertus, 101. 2. certiorem fecit, 12. 3. certius. 17. 26. certos, 34. 23. & alibi. certum, fidum, 19 17.
eſſerat, ſc. exierat, 120. 8. ceſſerunt, ſc. de eventu ſecundo, 57. 5. ceſſiſſet, 23. 30. ceſſit, 55. 31. & alibi.
habrias Athen. clarus ob inventam quoddam in prœlio, 51. 3. item ob bella in Europa, ibid. 17. Ægypto, ibid. 18. & Cypro, 52. 2. &c. Ægyptios adjutum ſponte profectus eſt, 52. 10. & ideo domum revocatur, ibid. 15. &c. plurimum aberat à patria, ibid. 27. telis hoſtium interfectus, 53. 12. De Chabria rebus geſtis, vid. Diod. Sic. 15. 16. Xenoph. l. 4. & 5. de reb. Gr. Plutarch. in Phocione & Camillo. Item in Apophthegm. Athen. 12. Frontin. l. 1. c. 5. & 11. Demoſthen. Orat. in Leptinem.
halcidem, 56. 5. urbs eſt Gracia, Euboæ primaria, ad Euripum. unde Virg. Æn. 6.

Chalcidicaque levis tandem ſuperaſtitit arce :

nunc vulgo Turcis & incolis Egripos dict. Negropontos vero exteris.
halcioecus, 21. 16. templum, ſc. Minervæ, & aliquando in cognomen Dea tranſit. In hanc Ædem veluti ad Aſylum facinoroſi confugiſſe videntur, hucque fugientes impunitate donari. Chalcioecus dict. teſte Suida : ἢ ὅτι χαλκοῦν οἶκον εἶχεν, ἢ διὰ τὴν Χαλκιδέως τοῦ ἐν Λιβύῃ φυγάδος αὐτὸν κτίσιν.
haonas, 55. 2. ſc. popul. Chaonia, qua Provincia Epiri, nunc dicta la Canina. à Caſtro primario intra montes ; extenditur ab Oeneo ſinu ad uſque Buthrotum, verſus oram maris Ionii, & ſubeſt dominio Turcar.
Chares, 52. 31. dux Athenienſ. honoratus & potens, ibid. 33. in promiſſis erat facilis, & promptus, unde illud, Charetis pollicitationes. Suid. plurimum in Sigæo vixit 52. 31. adverſus eum ſubornatus Demoſthenes, 92 8. Philippo oppoſitus, 55. 18. De eo v. Athen. l. 12. c. 15. & Plutarch. in Phocione.
charitate patriæ, 67. 19. & alibi. charitatem ab amore, ita diſtinguit Cic. in Partit. Orat. 16. ut caritas ſit Deorum, patriæ, parentum ; amor, fratrum, conjugum, liberorum, familiarium.
Charonis, 73. 30. civis erat Theban. potens & dives, qui conjurantes contra Lacedæmonios domo excepit. Cum Pelopida ad Platæas etiam feliciter pugnavit. v. Plutarch. in Pelopid.
charus, 56. 15.
Cherſoneſi, 4. 24. Cherſoneſum, 3. 7. & alibi. Cherſoneſo, 4. 20. Peninſula eſt qua mari Ægæo altera ex parte, altera Propontide alluditur, unde Helleſpontiaca, à Suida, & Thracia à Ptolemæo vocatur : ibi urbs Seſtus, Herus & Leandri amore clariſſima. Sunt & alia plur. Cherſoneſi, ſc. Taurica in Euxino & Mæotide ; Aurea ſupra Gangen ; Cymbrica pars regni Daniæ, & hodie Jutlandia appellatur.
Chiliarchum, 40. 24. Chiliarchus à Gr. dicitur qui mille viris præponitur. Joſeph. lib. 3. de bel. Judaic. Chiliarchi gradus apud Perſas ſecundus erat à rege, & totius regia cura commiſſa fuit Chiliarcho ; ſine cujus venia, nemo ad regem poterat accedere.
Chium, 52. 35. inſula eſt Aſiæ in mari Ægæo, & Icario, lenia fere adjacens ; hodie Scio vocatur.
chordarum, 65. 1.
cibaria cocta, 87. 33. cibi, 128. 7. cibo, 85. 25.
Cicero, M. Tull. æqualis Attici, 115. 14. amicus, 117. 27. 120. 14. 118. 6. Epiſtolas ad Atticum ſcripſit, 125. 8. earum elogium, ibid. 9. &c. Hortenſii æmulus in arte Orator. 118. 13. inviſus & infenſus Antonio, 121. 12. &c. futura prædixit ut vates, 125. 15, 16.
Ciliciæ, 57. 13. Ciliciam, 59. 13. Cilicum, ſc. populi Cilicia, 62. 8. Cilicia vero

vero nunc vulgo Caramania *&* Turcomania, *regio eſt Aſiæ minor. Syriæ proxima, Tauro monti ſubjecta; ob anguſtias quas vocantur* portæ, *clariſſima. vid. Q. Curt. l. 2. c. 4.*

CIMON ob patris mulctam in vincula conjectus, 22. 5. à ſorore germana liberatur, 22. 15. &c. ad principatum pervenit, 23. 2. ejus res geſtæ, *ibid.* 8. 9, 10. &c. oſtraciſmo ejicitur, 23. 26. 27. revocatur, *ibid.* 33. ejus liberalitas, 24. 5. &c. mors, *ibid.* 2. *Cimonis res ſcripſere Plutarch. in Cimone: Diod.* 11. 12. *Herodot.* 6. *&* 7. *Thucyd.* 1. *Tolyan.* 1. *Suid. Athenæus* 12. *Demoſth. Oration. contra Ariſtocratem. Juſtin.* 2. 15. *Cic.* 2. *Offic.* 18.

Cinnano tumultu, 116. 6. *quantas turbas excitaverint in rep. Sylla, Marius, & Cinna, nemo ignorat qui hiſtor. Roman. vel primoribus labris guſtavit.*

circa, 34. 36. *&* *alibi.* circiter, 6. 1. *& alibi.*

circulum, ſc. *catum*, 66. 29. *circulus ſæpe uſurpatur pro conventu hominum in orbem veluti coeuntium; mos erat Sophiſtis uſitatus, in circulis philoſophandi, & diſſerendi.* Tul. Ep. 19. lib. 2 ad Attic. Sen. Ep. 40. & 52.

circundatus, 12. 17. circumdediſſent, 110. 17.

circumfuderunt, 81. 25. circumfuſus hoſtium concurſu, ſc. *undique cinctu*, 53. 5.

circumirent, 88. 20. circumiret, 110. 20. circumiretur multitudine, 11. 7. *& alibi.*

circumſederetur, 85. 21.

circumvehens Peloponneſum, ſc. *claſſe*, 54. 17.

circumveniri multitudine. 60. 33.

circumventum inſidiis. 105. 21.

circumventus, 85. 19.

citari victorem Olympiæ, ſc. *voce præconis declarari*, 2. 5. *huc pertinet locus Cic. Ep. l.* 5. 12. *Præcones ludor. Gymnicor. cum cæteris coronas impoſuerant victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarant; cum ipſi ante ludor. miſſionem, corona donantur, alium præconem adhibent, ne ſua voce ipſi ſe victores eſſe prædicent.*

citharizare, 65. 18.

citeriorem, 113. 5.

Citio, 24. 2. *eſt autem urbs Cypri in qua Zeno Stoicorum ſecta conditor, natus eſt. Nunc pagus* Chite *diſt.*

civem, *de fœmina*, 9. 6. civem fa re. 116. 31. cives, civibus parc æquum eſt. 37. 26. civile bellu 119. 1. civilis victoria funeſta. 17. civilibus fluctibus non ſe co miſit, 118. 16. ſc. *bellis civilibus.* vilis, 23. 3. civis, 47. 16. *&* civitas, 6. 17. *& alibi ſæpius.* civit 8. 20. *& alibi.* civitatem, 10. 6. *alibi.* civitatem, ſc. *jus civit.* 116. civitates, 8. 24. *& alibi ſæpius.* ci tati, 30. 28. civitatibus, 10. 3 *alibi.* civitatis, 14. 6. *& alibi.* ci tatum omnium eadem natura. 7. civium, 7. 34. *& alibi ſæpiſſ.*

clam, 15. 34. *& alibi.*

clandeſtinis, 104. 5.

clari, 93. 18. clariſſimæ, 37. 10. clari mi, 14. 24. claritate viri præſtan ſc. *viri celeberrimi.* 84. 9. clari 115. 11. claro, 20. 16. clarorum 125. 36.

claſſe, 3. 16. *& alibi ſæp.* claſſem, 5. *& alibi ſæpius.* claſſes, 17. 20. cla 46. 29. claſſiarii, ſc. *milit. claſſ.* 17. claſſiariis, 7. 29. *& alibi.* claſſi rios, 109. 3. claſſis, 7. 31. *& alibi locis quam plurimis.*

Claſtidio. 105. 12. *oppidum Italiæ ut trad. Liv. quo magnam frumenti c piam Romani congeſerant. Nunc* Chi ſtezo.

clavam, 58. 33.

claudendum, 21. 21.

Claudio, M. 107. 15. *conſul fuit* An. U. C. 558.

claudus. 80. 35.

clauſi anguſtiis, 69. 19. *& alibi.* cla ſiſſet. 62. 19. clauſit urbem operib. 23. ſc. *vallo cinxit.* clauſus, 105. 33.

clemens, 66. 24. clementia. 31. 29. cl mentiæ, 95. 22. clementiam violar 34. 30.

Cleon, *Halicarnaſſeus*, 27. 5. *nomen Sophiſtæ ex Halicarnaſſo, urbe Cariæ principe; juxta quam fons Salmacius qu veteres crediderunt lavantium corpo effœminari.*

Cliniæ, 28. 1. *patr.* ſc. *Alcibiad.* v. *Plutarch. in Alcib.*

Clypeis, 49. 10.

Cnidum, 41. 19. *urbs eſt in extremo cru peninſula, Cariæ adhærenti, hodie vulg* Cabo-Erio, *non longe ab Halicarnaſſo & Co inſula. Hac olim Praxitelis Venus nobilitata fuit*, unde Horat. 1. Carm. Od. 30.

Venus, Regina Cnidi, Paphique sparne dilectam Cypron &c.

...ti sunt, 32. 18. coactos, 30. 23. co...turum, 33. 16. coactus, 14. 23. & *alibi.*

...guit, 69. 9.

...ta, 87. 34.

...git, 7. 20. & *alibi sapius.*

...alo vesperascente, 73. 26. cœlum, 47. 11.

...a, 24. 13. cœnarent, 110. 3. cœnatum est, 124. 5.

...perat, 32. 3. cœperunt, 30. 35. cœpissem, 104. 16. cœpisset, 97. 15. cœpit, 15. 2. & *alibi quam sapiss.* cœpta, 69. 19. cœpti, 55. 16.

...ercere, 97. 9.

...gebat, 85. 28. & *alibi.* cogebatur, 83. 36. cogerentur, 11. 30. cogeret, 79. 27. cogeretur, 11. 28.

...gitabat, 83. 23. cogitans, 48. 7. cogitanti, 62. 20. cogitare prius quam conari consuevit, sc. *consilio & deliberatione usus est, priusquam maturaret factum,* 61. 29. cogitarant, sc. *moliti fuerant,* 80. 15. cogitas, 40. 29. cogitasset, 61. 29. cogitata, sc. *conatus, molimina,* 19. 29. cogitatione omni ferebatur ad liberand. patriam, 34. 13. sc. *omnia illuc consilia vertit,* cogitatum ad perniciem, sc. *insidiose structum,* 61. 21. cogitatum imperatoris acutum, sc. *consilium, vel stratagema celeriter repertum.* ibid. 23.

...gnatione, 2. 17.

...gnita, 8. 3. & *alibi.* cognitam, 125. 31. cognitis, 21. 9. & *alibi.* cognito, 55. 26. & *alibi.* cognitum, sc. *factis spectatum,* 3. 6. cognitarum, 47. 23. cognitus, 70. 27.

...gnomine, 16. 7.

...gnoscat, 87. 15. cognoscere, 89. 17. & *alibi.* cognoscerent, 31. 1. & *alibi.* cognosci, sc. *reperiri,* 120. 28. cognoscit, sc. *audit,* 59. 25. cognoscitur, *ibid.* 27. cognossent, sc. *legerant,* 27. 23. cognoverat, 121. 10. cognovit, 19. 12. cognovit, *invenit,* 101. 12.

...gunt, 47. 34.

...hortatione, 109. 10.

...ierat, *inierat,* 40. 6. coierunt, sc. *conjurarunt,* 73. 17. coiturum, sc. *in concilium venturum,* 119. 30.

...olebat, *de cultu in sacello, religioso,* 97. 2. colebatur ceremonia, *de sacrario,* 14. 12. colebatur literis, 127. 11. sc. *de commercio Epistol.* colit, *de agri cultura,* 20. 13.

collabefactus, sc. *à dignitatis gradu pulsus,* 16. 8.

collata *translata,* 17. 23. collatis, sc. *comparatis,* 111. 7. collatum est bellum, 79. 16.

collaudat, 19. 20. collaudato, 117. 20. collaudatus est, 76. 2.

colle, 123. 12.

collecta, 33. 3.

collega, 105. 14. collegæ, 6. 21. & *alibi.* collegam, 112. 5. collegas, 13. 6. collegis, 31. 25.

collegit, 106. 26.

colligant, *vinculis astringunt,* 48. 14.

colligi, 108. 37.

collocarentur, sc. *nuberentur,* 17. 30. collocari, *eod. sensu,* 67. 1. *itid.* collocarat, 126. 30. collocata præsidia, 109. 27. collocavit in agris multitudinem. sc. *agros assignavit, quos colant deducti coloni, ibique figant domicilia,* 4. 10.

collocuturum, 119. 29. colloquatur, 19. 17. colloquendi, 63. 32. colloqui, 40. 28. & *alibi.* colloquio, 64. 1. & *alibi.* colloquitur, 31. 12. colloquium, 63. 3.

Colonas, *qui locus in agro Troade est,* 19. 36. *de hoc loco meminit Thucyd. lib.* 1. *cap.* 8. *Non procul à Lampsaco Milesior. colonia. Strab. l.* 13.

coloniam, 23. 10. & *alibi.* coloniæ *sunt Civitates ex alia civitate veluti propagatæ. Gell.* 16. 13. *quarum deducendar. causas &c. exponit Sigon. de Antiq. jure Ital. lib.* 2. *cap.* 2. *ear. jus varium, apud varias gentes.* Chersonesum colonos mittere, sc. *eo deducere,* 3. 7.

coluerit, 122. 6.

come ingenium, 43. 10. *ingen.* (inquit Loccen.) *facile ad audiend. præceptorem, & artes capiendas.*

comes, 52. 23.

comitante, 90. 34. comitantibus, sc. *funus* 128. 23.

comitas, sc. *affabilit.* 8. 22.

comites, 81. 6.

comitia amicor, sc. *in quibus agitur de amicor. dignitatibus,* 117. 26. *ad hac ventitare, ibique petitionem amici autoritate, & suffragio promovere, officii erat.*

comitibus, 80. 12.

comitio, sc. *loco ubi comitia agebantur,*

78. 30. *eod. sensu utitur hac voce Cic. in Oration. pro Sextio, & in Verrem.*
commeabant, 87. 25.
commeatibus, sc. *annona subvectione*, 92. 16. commeatu, 7. 23.
commemorantem, 29. 7. commemorare, 128. 3. commemorem, 125. 17. commemoravi, 46. 22. commemorari, 1. 5. commemorasset, 104. 10.
commendasse ei regnum, sc. *moriturum, regnum tradidisse*, 83. 14. commendat. sc. *decet, ornat.* 43. 12. commendatio oris atque Orationis, 48. 9. sc. *de oratione commendata viribus actionis, ut loqu. Quintil.* 11. 3. *naturalique vultus gratia, & pronunciandi facultate admirandâ, ornata.*
comminus pugnans, 53. 12.
commiseratus, 79 20.
commiserunt prælium, 6. 26. commisisset, *de crimine*, 16. 13. commissa celans, sc. *silentio premens fidei concredita.* 66. 26. commisit, 6. 34. committere, 109. 21. committeret, 7. 13. committeret iis imperium, 26. 4. committeret se civilibus fluctibus, sc. *objiceret, exponeret*, 118. 17.
commodo populi, 93. 9. commode saltare, sc. *eleganter & concinne*, 1. 5. commoditatem, sc. *emolument.* 120. 11. commodius verba fecisse *de eo qui nativum lingua leporem exprimit*, 15. 1. 16. 17.
commoti, 61. 11. commotus, 34. 26. *& alibi.* commovere, 80. 14.
commune, 17. 24. *& alibi.* communem, 94. 17. communes, 74. 18. communi, 13. 22.
communia, 36. 13. communis, 11. 3. communis infimis, 116. 29 sc. *facilis, affabilis, perhumanus.* communiter, 73. 11.
communivit, 4. 9.
commutatio rerum facta est, *de fortuna, statuque imperii, & belli mutatis*, 31. 20. commutatum vitæ statum, 45. 26. commutavit, 123. 26.
comparandas, sc. *instruendas*, 77. 16. comparandos, 17. 20. ad comparandum, sc. *ad parandos sese ad bellum*, 37. 14. comparare manum, 45. 20. comparare bellum *parare, instruere, moliri*, 45. 33. comparare classem, 77. 7. comparari, sc. *par haberi*, 12. 10. comparat, 59. 28. *& alibi.* compararet, 41. 10. *& alibi.* comparatum, 35. 12. comparatum, sc. *assimil[illegible]tum*, 96. 22. comparavit, 5. [illegible] comparavit factionem, 46. 28.
comparet, sc. *conspicitur*, 114. 3.
compellaret, 95. 9. compellabat[illegible] 30. 1.
comperisset, 21. 4. comperisset, *re[illegible]visset*, 104. 7. comperit, 21. 21
complecti, sc. *tenaciter amplecti, cont[illegible]quere, in altum sustollere, & pene p[illegible]focare adversarium; quod erat luc[illegible]tium. Hujusmodi amplexus (non bl[illegible]dos & molles) Virg. exprim.* 8 *Æne[illegible] de Hercule,*

Hic Cacum in tenebris incendia va[illegible]vomentem
Corripit in nodum complexus, & an[illegible] inhærens.

complesset tot annos, sc. *vivendo*, 12[illegible] 21. complet, 108. 14. completa, [illegible] 19. completas, 109. 31.
complexi inter se, *de acriter pugnant[illegible]* 84. 27.
complura, 63. 20. complures, 19. [illegible] *& alibi.* compluribus, 24. 6. *& ali[illegible]* complurium, 67. 36.
componere bellum, sc. *pacem face[illegible]* 106. 18. composito, sc. *ex pacto*, 6[illegible] 12. compositurus, 33. 21. comp[illegible]suerunt, 106. 29.
comprehenderent, 20. 30. *& ali[illegible]* comprehenderetur, 21. 12. compr[illegible]hendi, *ibid.* 10. comprehensus, 7[illegible] 32.
comprobatum, 104. 31.
compulisset adversarios intra mœni[illegible] sc. *erumpentes repulisset*, 79. 25. com[illegible]pulit, 101. 24.
conantes, 105. 7. conarentur, 17. 1[illegible] *& alibi.* conari, 13. 8. *& alibi sapi[illegible]* conata, 47. 37. conati. 12. 24. co[illegible]natu, 59. 31. conatus est, 26. 24.
concedens principatum, 46. 27. conce[illegible]deretur legibus, sc. *non prohibere[illegible] leges*, 15. 35.
conceptis verbis deierare ausim, *for[illegible]mula asseverandi*, 129. 9.
concesserit, sc. *captum bello reddideri[illegible]* 119. 13. concesserunt, 55. 5. con[illegible]cessit, sc. *ivit*, 13. 36.
concidere, sc. *in prælio*, 70. 32. conci[illegible]dissent, 79. 22. concidit crimine[illegible] sc. *collabefactus, & dignitate pulsus*, 92. 12.
concidit, *cædit, interfecit*, 105. 7. *& alibi.* conciduntur, 48. 25.

conciliabat.

cilabat, ſc. *ad bellum alliciebat, & ſibi adjungebat.* 108. 27. conciliarat nuptias, 118. 5. conciliare fortunam, ſc. *fingere*, 126. 21. conciliari, *amicum fieri*, 15. 14. conciliari, *benevolum reddi*, 77. 26. conciliarit, ſc. *ſciverit*, 126. 28. concilias ſervitutem otii nomine, ſc. *inſinuando commendas, & blandiente otii titulo, paulatim civibus ſervitutem acceptam reddis*, 68. 12, 13. conciliator nuptiarum, 122. 21. conciliavit pacem, *is eo qui pacis arbiter intervenit, & inſuſos conciliat*, 23. 36. conciliavit pacem, ſc. *ſancivit*, 101. 4. conciliavit otium, ſc. *acquiſivit*, 96. 5. 6. cilium populi, ſc. *conventus*, 96. 8.
cinnus in brevitate reſpondendi, ſc. *appoſite, preſſe, & eleganter reſpondebat*, 68. 3.
cione advocata, ſc. *cœtu populi*, 32. 11. concionem, 9. 13.
ciſi, 61. 17.
citaſſe, 102. 17. concitatam multitudin. 16. 10. concitato equo, 59. 30. concitatus eſt, 47. 36. concitavit, 75. 4.
clavi, 48. 2.
cludere uno volumine, ſc. *complecti*, 67. 1. 35. 36. concluſione, ſc. *obſidione*, 85. 34.
cupiſcant, 38. 18. concupiſcere, 18. 11. concupiſceret, 32. 35. concupiſcunt, 83. 24 concupivit, 26. 16.
ncurrant in unam navem, ſc. *velut agmine facto adoriantur*, 109. 4. concurrentes, *eod. ſenſu*, 63. 7. concurrerant, 48. 26. concurrerunt, 74. 10. concurrerunt omnes ad Perdiccam opprimendum, ſc. *certatim operam contulerunt*, 83. 34. concurriſſent, 97. 8. concurrit, *de ſingulari certamine*, 84. 27. concurſu, *de conflictu prœl. ibid.* 24. *& alibi.* concurſu, *de prœlio navali*, 109. 23. concurſus, ſc. *ſpectandi ſtudio*, 58. 36.
ncuſſerit, 69. 10.
ndiſcipulatu, 118. 6. condiſcipuli, 115. 12. condiſcipulos, 66. 9.
nditæ, 96. 2.
nditionem, *pactionem*, 22. 15. conditionem, ſc. *oblata pacis*, 62. 24. conditionem æquam verſuræ, ſc. *eo jam, æquam facultatem*, 116. 19. conditiones, ſc. *leges pacis*, 106. 19. conditionibus, 37. 34. *& alibi.* nullius conditionis non haberet poteſtatem, ſc. *penes eum omne conjugium eſſet, ut quamlibet fœminam in matrimonio ſibi aſciſcere poſſet.*
conditor urbium, ſc. *inſtaurator & defenſore*, 96. 6. ita Manil. lib. 1.

---- *Romamque Camillus*
Servando, poſuit.

conducta, 2. 4. conductitiis catervis, *de mercenariis militib.* 51. 6. conductorum, 62. 9.
conemini, 128. 10.
confecerat iter, 78. 36. confecerat ſpatium, ſc. *itineris*, 87. 37. confecit orationes, ſc. *compoſuit*, 113. 29. confeciſſe, ſc. *debellaſſe*, 25. 4. confeciſſet, 87. 29. confeciſſet, ſc. *collegiſſet*, 109. 1. confecta cæde, 48. 24. confecti, ſc. *ſcripti*, 110. 37. confectis rebus, ſc. *peractis*, 74. 8 *& alibi.* confecturum, 11. 27. confectus, ſc. *ſcriptus*, 126. 15.
conferebant, ſc. *pecuniam ad ſublevandos amicos*, 67. 5. conferre noluit ad perniciem civitatis, ſc. *noluit legi obſequendo, perniciem patriæ aſſerre*, 70. 1. conferrent ſe ſuaque in naves, ſc. *transferrent*, 10. 28. conferrent arma, ſc. *congrederentur*, 84. 20, 21. conferrentur munera, 80. 24. conferret ſe, ſc. *ſe reciperet*, 108. 9.
confeſſus eſt, 70. 11.
confeſtim, 19. 19. *& alibi.*
conficerent, ſc. *perderent*, 35. 1. conficeretur, *de cæde*, 95. 3. conficiebatur, *de ſacrificio*, 109. 14. conficiendam, 87. 32. conficies, 40. 31.
confidere, 3. 5.
confinis, *conterminus*, 59. 13.
confirmare exercitum, ſc. *fiducia & ſpe animare*, 77. 24. confirmaret fide, ſc. *conſtanter promitteret*, 26. 7. confirmaret decreta, ſc. *approbaret, rata haberet*, 92. 33. confirmari regnum, ſc. *ſtabiliri*, 5. 20. confirmaſſe, 63. 28. confirmat conjurationem, 47. 27. confirmavit bene animatas inſulas, ſc. *in obſequio, & fide*, 23. 18.
confixi, ſc. *telis*, 63. 10.
conflata ſunt bella, 83. 33. conflatum eſt bellum, 52. 6.
conflictaretur, ſc. *morbo*, 44. 22. conflictatus eſt cum adverſa fortuna, *quaſi cum fortuna repugnante cœpit, decertavit.* 74. 27. conflicturos claſſe, 21. 23. confligere, 6. 31. *& alibi.*

conflixerat, 105. 11. conflixit, 11. 6. & *alibi ſæpius.*

conflueret vulgus, ſc. *concurreret ſpectandi ſtudio*, 31. 33, 34.

confoſſus telor. conjectu, 75. 5.

confugi ad te, *tanquam ad præſidium, ingruentibus inimicis*, 15. 7. confugiſſe in aram, *tanquam aſylum*, 21. 1. confugiſſet, 37. 7. confugit, 14. 9. & *alibi.*

congererent, 13. 2.

congrederetur, ſc. *dimicaret armis*, 106. 19. congredi, *eod. ſenſu*, 62. 2. congreſſi ſunt ipſi, ſc. *in mutuum colloquium venerunt*, 69. 1. congreſſus ſum, 89. 28. congreſſus eſt. 78. 19.

congruere ſententiæ, 27. 3.

conjecerant, 83. 13. conjeciſſent ſe in templum, ſc. *illuc propere confugerant, ſecuritatis cauſa*, 79. 5. conjicit. 14. 12. conjectu, *ſubſt.* 75. 5. conjectus eſt in vincula, 8. 6. & *alibi.* conjectus in cuſtodiam, 93. 1, 2. conjici. *de conjectura*, 15. 56. conjici, *de projectu*, 109. 29. conjiciebat callidiſſime de futuris, ſc. *divinabat*, 10. 1.

conjugii ejus cupidus, ſc. *contrahendi cum ea muliere matrimon.* 22. 11.

conjunctam, ſc. *conterminam*, 60. 21. conjuncte, ſc. *amice.* 121. 10. conjunctim, *ibid.* 22. conjunctio, ſc. *affinitatis*, 126. 32. conjunctiſſime vivebat. *de ſumma familiaritate*, 118. 6. conjunctus propinqua cognatione, 2. 16 intima familiaritate, 122. 17. conjungi affinitate, 19. 13.

conjurationem. 29. 36. & *alibi.*

CONON, egregius mari bellator, 39. 4. ad Pharnabazum ſe confert, *ibid.* 15. adjuvat adverſus Lacedæmonios, 40. 8. accuſat Tiſſaphernem apud Artaxerx. 40. 22. &c. à quo munerib. donatur, & bell. præficitur, 41. 7. &c. Lacedæmonios apud Cnidum fundit, *ibid.* 19. dum patriæ ſtudet à Tiribazo in vincula conjicitur, 41. 36. &c 42. 4. plurimum Cypri vixit. 52. 30. *De Conone, vid. Diod.* 14. *Xenoph. hiſt. Gr. l.* 2. & 4. *præſertim Plutarch. in Lyſandro. Juſtin.* 6. *Ariſtot.* 2. *Rhetor. Frontin.* 4 *c. ult. Demoſthen. in Leptin. Orat.*

conquireret, 121. 30. conquirit, 47. 27. conquiſivit, 95. 37.

conſcendit navem, 59. 10. & *alibi.*

conſciis, 5. 22. & *alibi.*

conſcriberent, *inſcriberent*, 70. 13. conſcripſit librum, 27. 15. conſcripti patres, *de Senatu Romano*, 110. conſcriptus eſt, *compoſitus*. 45. 4.

conſectando prædones, *perſequendo*, 1 11. conſectari, 11. 27.

conſecuta eſt, 46. 33. conſecuta eſt Ca ſarem magna proſperitas, ſc. *Ca magnam proſperitat. adeptus eſt*, 11 26, 27. conſecuturos, *perfecturos*, 10 6. conſecuturos commoditatem, 12 11. conſecutus ſit, *perfecerit*, 25. conſecutus eſt hæreditates, 127. 24.

conſedit in ara. *de ſupplice*, 20. 34.

conſenſerat. 92. 2. conſenſerunt, 3 19. conſenſerunt. *conſpirarunt*, 60. conſenſione, *conſpiratione*, 29. 2 conſenſionis globus. *conjurantium tu ba*, 119. 30. conſenſu, 46. 29.

conſequi, 29. 4. & *alibi.* conſequi, *fugientem aſſequi, & prehendere*, 10 20.

conſereret manum, ſc. *prælio contend ret*, 62. 18. conſeruit, 105. 16.

conſervandæ. 69. 37. conſervatis rebu 108. 22. conſervare fidem, 77. 2 conſervaret eum, ſc. *vivum*, 89. 1 conſervaſſet, 14. 24. & *alibi.* con ſervatis legibus. 118. 21. conſerva tum, 12. 8. conſervaturum indu cias, 77. 18. conſervatus eſt exerc tus, 58. 6. conſervavi jusjurandum 104. 21. 22. conſervavit aras & ſi mulacra. 79. 11, 12. ſc. *honorem a & jus tuendi ſupplices, non imminuit.*

conſideraret, 108. 9.

conſilia. 5. 23. conſilia capiebat, 1 36. 20. 1. conſilia iniit, 26. 19. con filii plenus. 18. 7. & *alibi.* conſilii ſc. *judicii, & arbitrii in eligendo*, 41 5. virum maximi conſilii, 57. 1 conſilii celeritas, 80. 3. conſilii ex pertes, *ibid.* 13. 14. conſilii novi *de ſingulari invento, ex re, & tempo eapto.* 87. 20. conſilii cognita volun tate, ſc. *hominum conſulentium & de liberantium*, 90. 7. principem con filiis, ſc. *ſummum conſiliarium*, 119. 19. conſiliis uti alterius, 15. 19. & *alibi.* conſiliis obſtitit, 40. 10. & *alibi.* conſiliis interioribus, *ſecretio rib.* 104. 8. conſiliis alterius parere 107. 35. 36. à conſiliis ſe removiſſet, 119. 27. conſiliis clandeſtinis dare operam, 104. 4, 5. conſilio, 13. 32. & *alibi.* à conſilio abhorrere, 5. 19. hoc conſilio, ſc. *conſilii ſcopo*, 6. 27. conſilio, ſc. *ſtratagemate*, 61. 20. & *alibi.*

myſteria facere, 29. 35. ſc. *Cereris ſacra, arcana, alio nom. Initia.*
Myuntem, 15. 25. *urb. ad Mæandri oſtia ſitam, omnium piſcium ubertate præſtitem, ab Artaxerxe olim Themiſtocli in obſonium conceſſam.*

N.

NAti cauſam idoneam, 12. 21. natus imperium majus, 7. 15. natus eſt morbum, 127. 26. *in morbum lapſus eſt.*
nam, 2. 14 *& aliis ſæpius*, namque. 26. *& alibi ſæpius.*
nando, 53. 10.
narrare, 112. 6.
nata, 94. 18.
natalem. 97. 4. natali, *ibid.* 4.
natantem. 53. 8.
natas, 22. 10. nati, 15. 18.
natione, 18. 5. nationes. 103. 6.
nativum leporem, 117. 12. ſc. *purum & inaffectatam ſermonis gratiam, quam Petronius vocat*, naturalem pulchritudinem, *idem in Carm.*

Sermonis puri non triſtis gratia vidi.

nato novem annos. 104. 12. natos. 44. 26. natu magno, *de provectiore ætate*, 21. 20. natu majoribus, 49.

4. natu maximus, 61. 25. natum, 68. 36. *& alibi.*
natura, 28. 1. *& alibi.* naturâ, 11. *& alibi* naturâ, *indole*, 117. 35. naturæ debitum reddere, *mori*, 98. 10. naturali bono, 36. 12. *de felicitate conciliandâ apud omnes gratiâ.* naturalis bonitas, *prudentiæ animi æquabilitas, nec casibus aucta, nec imminuta.* 120. 6. naturam, *consuetudinem*, 7. 5. naturam, *ingenium*, 28. 17.
natus, 28. 5. *& alibi sæpius.* natus esset, 35. 21. natus est, 9. 6.
navale prœlium facere, 109. 2. navali pugnæ interesse, 17. 3. navalibus, 31. 22. navalis belli peritus, 10. 13. nave vehi, 109. 6. in navem ascendit, 14. 19. in naves ea quæ moveri possunt, imponere, 43. 7. naves petere, 6. 37. naves triremes, 10. 30. *genus navium longar. sic dict. propter numerum transtrorum & remor. supra se invicem locatorum, serie tamen fortassis indirectâ.* naves longæ, 41. 9. *sic dicta sunt à formâ oblongâ; sic fabricata, ut expeditiores æquor. scindant.* naves solvissent & vela ventis dedissent, 107. 31. naufragio, 107. 33. naufragium feciſſet, *cladem accepisset*, 13. 27. navi egressus est, 32. 4. navibus, 7. 22. navibus onerariis, 45. 1. *quæ, sc. commeatui transvehendo serviebant; & ideo rotundiores erant & latiore ventre fabricata.* navis cœpit sidere, 53. 6. navium, 5. 29. *& alibi.* nautica, 33. 29.
Naxum, 14. 20. *Naxus una est ex Cycladibus, Baccho olim sacra; hodie* Nicsia, *aut* Nicosia *appellatur.*
ne, *ut non*, 9. 6. *& alibi.* ne, *quo minus*, ibid. 14. *& alibi.* ne, *non*, 13. 18. *& alibi.* ne, *an*, 50. 35. *& alibi.*
nec, 21. 5. *& alibi sæpe.*
necessaria, 122. 1. necessario, 61. 2. necessariò, adv. 33. 21. necessariorum, 19. 18. necesse, 14. 37. *& alibi.* necessitate, 14. 23. necessitudine, 111. 14. necessitudinem, *affinitat.* 43. 17.
necne, 89. 12.
Nectanebe, 81. 20. Nectanebum, 52. 1. *Hic erat Tachi fil. & Ægypti rex.*
nefas, 2. 1. *& alibi.*
negabat, 90. 11. negare, 24. 11. negarent, 12. 21. negaret, 101. 5. negat, 15. 31. *& alibi.* negatum, 32. 25. negavit, 22. 15.
negligendum, 62. 33. negligenter, 32. 29.
negotium, 34. 34. negotia procurare, 124. 33. negotii, 41. 6. *& alibi.* sine negotio, *facillimè*, 79. 31. negotium, 47. 21.
neminem, 36. 4. *& alibi sæpius.* nemini, 2. 6. nemo, 2. 16. *& alibi sæpius.*
Neocles, 9. 5. Neoclis, *ibid.* 1. *hic fuit pater Themistoclis.*
Neoptolemus cadit in prœlio adversus Eumenem 84. 25 *de eo vid. Plutarch. in Eumene. Diod. l.* 18.
nepos, 56. 11. neptis, 126. 30.
Neptuni, 20. 33. *de hoc maris domitore, vid. Virg. Æn.* 1. *ubi ipse Neptunus.*

Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur;
Maturate fugam, regique hæc dicite vestro
Non illi, imperium Pelagi, sævumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. ---

neque, 2. 14. *& alibi sæpius.*
Neroni, *T. Claud.* 126. 31. *Is Livia erat fil. Augusti privignus, & postea imperator. de eo, vid. Tacitii priores Annal. libros.*
Neronem, *C. Claud.* 112. 8. *Is magnis cladibus affecit Hasdrubalem Hannibalis fratrem, eumque tandem cum* 56000. *militibus ad Metaurum, Umbriæ amnem occidit.*
nescio, 7. 27. *& alibi.* nesciret, 47. 14.
neve, 37. 37.
neutram, 123. 31. neutri, 61. 16.
Nicanor Cassandri præfectus, insidiatur Piræeo Athenienſium, 92. 14. Piræo potitur, 92. 19.
Nicias, 29. 17. *dux Athenienſ.* Alcibiadi collega datus in bello Peloponnesiaco, *ibid. de eo vid. Plutarch. in Nicia.*
niger, 58. 27.
nihil, 1. 7. nihilo, 58. 22. nihilominus, 13. 8. nil, 37. 28.
Nilum, 85. 8. *de hoc fl. Africa notissimo qui inundationibus fœcundat agros, multa occurrunt apud autores; ejus caput ab antiquis ignotum: oritur tamen ut quibusdam recentioribus visum est, ex duobus fontibus in Æthiopia superiore, & in regno Abassinorum: in mare Mediterraneum septemfluo ore devolvitur.*

nimia, 73. 33. nimiâ, 87. 12. nimis, 50. 24.
Niſæum, 43. 5. *fil. Dionyſii ex ſorore Dionyſ.*
niſi, 1. 7. *& alibi ſæpe.*
nitebatur patrociniis, 92. 26. *pendebat à patroc.* nitebatur, *vehementer ſuadebat*, 6. 11. nitendo, *laborando ut efficiat*, 124. 27. niterentur, 73. 10.
nitida jumenta, 85. 32. *pinguia, non ſtrigoſa*, quo ſenſu Horat.

Me pinguem & nitidum bene curatâ cute viſes.

nobile nomen, *celeberrim*, 8. 24. nobilem propinquitatem, 43. 8. nobiles, 13. 13. *& alibi.* nobili genere natus, 43. 1. nobilibus, 84. 34. nobilis, 2. 3. nobiliſſimas, 79. 28. nobilitate, 36. 9. nobilitatus eſt, 49. 2. nobilius, *propter gloriam inſignius*, 7. 1.
nobis, 126. 17. nobiſcum, 79. 29.
nocendi, 100. 7. nocere, 30. 7.
nocte, 29. 18. *& alibi.* noctem, 14. 25. noctes, 59. 23. noctibus, 106. 22. noctu, 11. 23. *& alibi.* nocturno, 7. 27.
nocuiſſent, 79. 13.
nolebat, 19. 36. noli, 117. 17. nolite, 38. 16. nolle, 33. 17. nollet, 15. 3. nolo, 91. 15. noluerat, 119. 35. noluerunt, 53. 10. nolui, 128. 6. noluimus, 97. 26. noluiſſe, 32. 31. noluiſſem, 67. 28. noluiſſent, 69. 16. noluiſſet, 118. 33. noluit, 13. 5. *& alibi.*
nomen, *fama*, 8. 24.
Nomentanum prædium, 124. 16 *Attici prædium, Nomenti. Nomentum vero Latinorum urbs eſt Mediterranea; nunc vulgo* Lamentana, *unde Nomentana via.*
nomina, 18. 17. *& alibi.* nominatim præcepit, *expreſſo nomine*, 3. 13. nominantur, 4. 29. nominatur, 72. 11. nominavit, 113. 37. nomine, 76. 6. *& alibi ſæpius.* nomini Romano, *pro populo*, 107. 4. nominibus, 114. 1. nominis, 86. 35.
non, 1. 1. *& alibi ſæpius.*
nonaginta, 125. 19.
nondum, 59. 37. *& alibi.*
nonnihil, 110. 35.
nonnulla, 36. 15. *& alibi.* nonnullæ, 23. 16. nonnullam, 80. 36. nonnullas, 7. 20. nonnulli, 21. 25. *& alibi ſæpius.* nonnullis, 120. 32. nonnullorum, 88. 34. nonnullos, 19. 6.
nonnunquam, 55. 10.
Nora, 85. 20. *Caſtellum Phrygiæ, ut viſum eſt Nepoti, ibid. At Noram in Cappadocia & Lycaonia finibus eſſe ſcribit Plutarch. At vero juxta Taurum montem locat Strabo l. 12. & ſuâ ætate Noraſſam appellari dicit.*
nos, 1. 11. *& alibi ſæpius.* noſmetipſi, 79. 30.
nôſſe, 41. 6.
noſtrâ, 68. 25. noſtram, 15. 26. *& alibi.* noſtri, 33. 31. *& alibi.* noſtris, 2. 1. *& alibi.* noſtrorum, 33. 30.
notæ, 23. 31. notat, 63. 35. notata, 126. 2. notata, 125. 35. notavit, 114. 1. notior, 91. 3. notitiæ chror. viror. i. e. *cognitionis rer. abiit geſtar.* 126. 8. notitiam, 48. 13. notus, 72. 2.
nova, 40. 8. *& alibi.* novâ arte, *de conſilio ſive ſtratagemate non minus ſolerti quam neceſſario*, 6. 25. nova re commoti, *inſolitâ, inſperatâ*, 61. 11. novas res in edictum addidit, 113. 15.
novem, 56. 7. *& alibi.*
noverant, 81. 1.
novi, 87. 21 novis, 96. 2. novis delectibus multos contraxit, *de militib recenter lectis*, 106. 27. noviſſimo tempore, *extremo*, 83. 6. novitatem ornatus, *inſolentiam*, 58. 35. novum, 51. 9.
nox, 74. 7.
noxiis, 48. 25.
nubilis virgo, *matura viro*, 67. 1.
nudatum vagina telum, *ſtrictum*, 64. 8.
nulla, 2. 3. *& alibi.* nullâ, 80. 31. *& alibi.* nullæ, 50. 3. *& alibi.* nullam in ea re ſuam partem fore, *nequaquam ſe gloria participem futurum.* 33. 25. nullas, 58. 16. nulli, 24. 15. &c. nullis, 11. 15. *& alibi.* nullius, 19. 22. *& alibi.* nullo, 47. 20. *& alibi.* nullos, 124. 14. nullum, 17. 26. *& alibi.* nullus, 96. 18. *& alibi.*
num, 110. 21.
numen deor. 77. 25. ſc. *auſpicium, cura.*
numerarent, 67. 6. numeratam, 54. 13. numero, 5. 3. *& alibi ſæpius.* numerum, 6. 36. *& alibi.* numerus, 3. 8.
Numidæ, 106. 24. *pop. Numidiæ. Numidia regio eſt Africæ, ob Maſiniſſam Romanis hoſtem acerrimum, qui ibi olim regnavit, celeberrimo.*

numine, 96. 37.
nummis, 24. 9.
nunc. 7. 7. *& alibi ſæpius.*
nunquam, 13. 32.
nuntiaret, 6. 6. *& alibi.* nuntiatum, 41. 12. *& alibi.* nuntientur, 60. 14. nuntii, 5. 4. nuntio. 15. 6. *& alibi.* nuntios, 86. 5. nuntium, 59. 36.
nupſerat, 116. 4. nupta erat, 94. 18. *& alibi.* nuptiarum, 122. 21. nuptias, 118. 5. nuptiis, 122 21. nuptum des ei filiam, 19. 14. nupturam, 22. 17.
nuſquam, 49. 9.
nutu ipſius gerebantur omnia, *i. e. arbitrio.* 26. 9.

O.

O 93. 16.
ob, 7. 6. *& alibi.*
obducta nocte, ſc. *obſcurâ, minimè ſerenâ,* 105. 35.
obediat iis rex, ſc. *horum conſilio potiſſimum utatur,* 60. 15. obedirent legi, 70. 7.
obeſſe. 29. 33.
obeundo legationes, 44. 4.
objecit ſe ei, *de eo qui ſeſe hoſti oppoſuit,* 105. 33. objectu repentino viſo, *re ſubitâ oculis objectâ,* 106. 1. objiceret huic quod &c. *hunc exprobraret,* 68. 16.
obiiſſet diem ſupremum, 97. 20. obiit, 8. 7. obiit diem, 48. 35. *idem quod* diem obiit ſupremum *quod ſæpius in Nepote occurrit.* obitum, 56. 27. *& alibi.*
oblitum eſſe, 64. 7. oblivionis lex, 38. 4. obliviſceretur injuriarum, 86. 10. obliviſci, 122. 9.
obnixo genu ſcuto, *i. e. obnixo in ſcutum,* 51. 7.
obortis tenebris, 88. 20.
obruebatur vino epuliſque, *nullum tempus ſobrietati relictum.*
obruit gladios, ſc. *abſcondit in terrâ infodiens,* 63. 35. *eod. ſenſu, Cic. in Cat. maj. theſauros* obruere. obrutus vitiis, *obſcuratus,* 18 3. *non multum abſimili ſenſu Stat. 1. Thebaid.*

---*quantum virides Venus addita nymphas*
Obruit. ----

obſcuriora, 57. 4. *minus nota.*
obſecrare, 44. 35. obſecraret, 128. 14.
obſequendi ſtudiis ſuis, 116. 10. obſequio, *comitate, indulgentia,* 46. 35.
obſeratis, 48. 14.
obſervantia, *benignum obſequium quo aliis officia præſtamus,* 118. 36.
obſidebantur ab hoſtibus, 69. 19.
obſidem, 13. 14.
obſidendam, 96. 8. obſideretur, 110. 21. obſideri, 72. 17. *& alibi.*
obſides, 106. 36.
obſignatur, 27. 17.
obſiſtere, *curſum impedire,* 79. 1.
obſoleti honores, *non glorioſi, ſpreti,* 7. 7 obſoleto veſtitu, *trito, ſordido,* 81. 7.
obſonii, 81. 14. obſonium, 15. 25.
obſtinatione, 128. 17.
obſtitiſſet conſiliis, 48. 7. obſtitit ne conficeretur, *impedivit,* 5. 15.
obſtruxerunt valvas, 21. 17.
obtemperare patriæ legibus, 94. 15.
obterebant laudem virtutis, 95. 7. *premebant, vilem reddiderunt, & quaſi conculcârunt.*
obteſtationibus, 102. 19.
obtigit ille Quæſtor Scipioni, 112. 12. *ita ſæpe Romani autores de magiſtratibus ſorte datis.*
obtinebat magiſtratum, *habebat, adminiſtrabat,* 74. 3. obtinere, 95. 31. obtinere locum legati, 118. 32. obtineret imperium, 4. 19. obtinuerat dominationem, 8. 16. obtinuiſſet eundem locum, *idem officium geſſiſſet,* 90. 18. obtinuit provinciam, 112. 16.
obtrectârunt inter ſe, *mutua æmulatio, & contumelioſa detractio notatur.* 16. 3. obtrectatio virtutis, *invidia & detractatio,* 88. 35. obtrectatio multorum devicit unius virtutem, 103. 10. obtrectatorem *calumniatorem,* 68. 4.
obtuliſſet, 73. 10.
obviam ire hoſtibus, 6. 9. obvii itineri adverſarior. 88. 12. obvius, 93. 14.
occaſio detur, 33. 30. occaſione, 100. 7. occaſionem datam dimittere, 5. 6.
occaſum, *mortem,* 90. 26.
occiderunt, 74. 13. occîdit, 105. 21. *& alibi.* occîdunt, 48. 28. occiſis, 70. 31. occiſo, 102. 5. *& alibi.* occiſus, 26. 33.
occuli, *celari,* 34. 2.
occultaſſet. 26. 16.
occupandæ 74. 13. occupantem, 105. 23. occuparent. 11. 1. occuparet, 86. 8. occupâſſent, 80. 10. occupâſſet, 94. 12. occupat, 60. 22. occupationes

cupationes ſuas infinitas, *de eo quem varia & maxima diſtrahunt negotia*, 127. 2. occupatos, 110. 23. occupatos, 78. 9. occupatus in eo ut &c. 33. 11. occupatus in apparando, 106. 28. occupavit arcem, 72. 11.

occurram, *modebor*, 72. 1.

octo, 62. 6. *& alibi.* octogeſimum, 91. 17. octoginta, 81. 2.

oculis fructum capere, 89. 14. oculorum lumina amiſit, *oculos*, 96. 25. oculos omnium ad ſe converteret, 29. 29.

odio, 45. 18. *& alibi.* odioſa, 29. 11. odiſſe, 120. 33. odium, 25 11.

Oedipum, 68. 36. *quid admiſeris hic infelix princeps, ex ipſius verbis in Seneca diſcas,*

——— occidi patrem,
Et matrem amavi; proh! loqui Hymenaeum pudet.

v. etiam Soph. Oedip. tyran.

offenderat, *abſolutè, de offenſâ*, 92. 5. offenderet imparatos, *deprehenderet*, 77. 12. offenderet alterutram partem, *alterutri diſplicaret*, 116. 8. offendit, 119. 5. offenſa in eum militum voluntate, *infenſâ, infeſtâ*. 47. 12. offenſione, *odii*, 7. 34. offenſionem populi, *eod. ſenſu*, 47. 19. offenſum fortuna, 24. 12. *obviam factum, forte repertum*; *quanquam Lambin. accipiendum eſſe cenſet de eo cui fortuna iniqua ſuccenſet, h. e. de eo qui reb. adverſis laborat.*

offerrent ſe periculo, *objicerent ſe*; *five rem periculoſam auderent*. 73. 19.

officia præſtabat, *cives ſublevando, & magiſtratui obtemperando*, 4. 17. officia amicis urbana præſtitit, ſc. *ſolennia negotia in urbe præſtari ſolita*; *& ſi qua res major inciderit, nunquam amicis, in periculis deſuit*. 117. 25. officii, *beneficii*, 121. 15.

officinis armorum, *ubi*, ſc. *armantur, & exercentur militet*, 77. 36.

officio, 40. 19. & in officio manere, *de obſequio imperantibus debito*. 86. 18. officio, *benevolentiæ, humanitati*, 118. 37. officium Fulviæ præſtitit, ſc. *in judicio*, 120. 21. ad officium redire coegit, *ad obſequium & obedientiam*, 23. 18. ad officium reduceret, 58. 15. officium, *munus*, 83. 1. officium, *de pecuniâ muguò datâ*, 116. 25.

oleaginis, 11. 12.

olim, 7. 8.

Olympiæ, 2. 5. *Olympia urbs erat Eliæ quinquennali ludorum celebritate clara, ad Alpheum fl. ſita*; *nunc vulgo* Piſa. *Ludi Olympici in honorem Jovis inſtituti ſunt A. M. 3174. eoſque Hercules inſtituiſſe dicitur*: Pindar. Od. 2. Olymp.

Olympias, 86. 4. *mater Alexandri, Neoptolemi Moloſſorum regis filia, qua Myrtale appellata eſt, priuſquam eam Philippus Macedo uxorem duxerit. Juſtin. l. 9. c. 7.*

Olympiodoro, 66. 4. *Hic artis erat muſicæ peritiſſim. & Epaminondam docuit cantare tibiis. ibid.*

Olynthios, 54. 6. *pop. Olynthi.* Olynthum, 72. 9. *Olynthus urbs eſt Thraciæ, olim Atticæ ditionis*; *ſita eſt inter Athon montem, & Pallenam urbem, ut tradit Suidas.*

omittam, 103. 16. *præteream.*

omne, 15. 14. *& alibi.* omnem, 70. 5. *& alibi.* omnes, 5. 35. *& alibi.* omni, 7. 23. *& alibi.* omnia, 1. 10. *& alibi.* omnibus, *ibid.* 9. *& alibi.* omnino, 73. 18. *& alibi.* omnis, 17. 24. omnium, 3. 3. *& alibi.*

onerariarum, 10. 19. onerariis, 45. 37.

Onomarcho, penes quem ſumma imperii erat cuſtodia. 89 20. *Sic vocabatur plerumque cuſtodia præfectus apud Perſas.*

onuſti prædâ, 31. 30.

ope deor. 26. 22. opem petere, 69. 21. opem ferret, 86. 15.

opera, *auxilium*, 24. 16. in eoque bello magni fuit ejus opera, *quod in eo præſtitit bello magni æſtimatum eſt*, 39. 2. opera, 25. 12. opera forenſi plures ſuos reddidit, *plurimos quos in judicio defenderat, ſibi conciliavit*, 29. 28. opera ducis, *militis* ſc. *exercendo, urbem circumeundo, acieſque diſponendo*, 50. 6. opera ſua factum contenderent, *i. e. ſuâ culpâ*, 70. 6. mukum operæ daret rei familiari, 127. 22. operam dedit ut &c. 13. 5.

operibus urbem clauſit, *vallo cinxit*, 7. 23.

operit, 108. 14.

opes tantas proſtravit, *tam ingentes copias profligavit*, 7. 2. opes, *potentiam*, 31. 10. *& alibi.* opes, *vires bellicæ*, 34. 31. *& alibi.* opibus elatam inſulam, 7. 21. regiis opibus præſuturum,

rum, *regiis copiis*, 41. 15. opibus, *divitiis*, 116. 17.
opinio, *ſuffragio*, 20. 10. *& alibi.* opinio, *judicium*, 90. 23. pro opinione, *ut exiſtimabatur*, 37. 18. opinionem *famam*, 32. 34. præter opinionem res accidit, 4 25. in opinionem venit, 7. 29. opinor, 117. 30.
opis indigere, 24. 10.
oportere, 12. 22. *& alibi.*
opperiebatur, *expectabat*, 46. 8. oppetitur, *moratur*, 88. 25.
oppida, 5. 1. *& alibi.* oppidanis, 7. 28. oppidi, 48. 3. oppido, 6. 1. *& alibi.* oppidum, 10. 34. *& alibi.*
opportuniſſimo, 11. 32.
oppoſitum, 13. 26. oppoſitus, 55. 18. oppoſuerat, 84. 3.
oppreſſam, 36. 7. oppreſſas, 37 2. oppreſſit inſidiatores, 106. 26. oppreſſo, *victo, dignitate deturbato*, 5. 2. oppreſſurum, *ſubacturum*, 11. 29. *& alibi.* opprimendâ, 15. 33. opprimendam. 14. 2. opprimendi, 33. 31. *& alibi.* opprimendos, 73. 13. opprimendum, 60. 7. *ſubvertendum*, opprimet, 79. 32. opprimere hoſtes, 11. 37. opprimere invidiam acerbitate, *vi extinguere*, 46. 36. opprimeret libertatem populi, 29. 5. opprimi, 62. 29.
opprobria, 69. 2. opprobrio, 40. 34.
oppugnabant Chium, 52. 34. oppugnandâ, 54. 7. oppugnando, 7. 37. oppugnare urbem, 37. 22. oppugnarent, 70. 20. oppugnaret, 79. 25. *& alibi.* oppugnârunt, 101. 18. oppugnatoribus, 7. 28. oppugnatum, 46. 3. *& alibi.* oppugnavit, 74. 22.
optima, 98. 8. *& alibi.* optimes, 43. 11.
optimates, 46. 28. optimatibus, 120. 32. optimatum fautor, 31. 15. optimatum cauſam agebat, *de factione Ariſtocratica*, 92. 24.
optimè, 21. 6. optimis, 123. 19. optimis. 122. 37. optimo, 104. 13.
opulentiâ, 23. 21. opulentiſſimo, 78. 32. opulentium, 52. 25. *pro* opulentorum. opulens, *pro* opulentus, *uſurpatur ab Auſonio*,

Non opulens *nec egens, parcus ſine ſordibus egi.*

ſic violens *pro* violentus *ab Horatio. Od.* 30. *l.* 3. *reperitur etiam in Sal. civitas* opulens.
opum, *virium*, 45. 35. opum alienar. indigentem *potentiæ, patrocinii alien. indig.*
opus, *quod indigentiam notat*, 6. 6. *& alibi ſæpiùs.* opus facerent, ſc. *muros extruerent & munirent*, 12. 36.
orâ, 31. 26.
oracula, 26. 23. oraculi, 3. 15.
orare, 21. 5. oraret, 128. 14.
oratio, 26. 35. oratione, 7. 21. *& alibi ſæpius.* orationes, 113. 29. orationis, 28. 9. orator, 113. 24.
oravit, 97. 9.
orbis terrarum, 67. 18. *& alibi.*
Orchomeniis, *pop. Orchomeni*, 26. 33. *Orchomenus ſive Orchomenum oppidum eſt Bœotiæ ad ſl. ejuſdem nominis ſitum: nunc etiam* Orcomeno *dicitur.*
ordiamur, 35. 37. ordiendum, 9. 4.
ordinatæ, *diſpoſita*, 50. 7. ordine, 63. 4. *& alibi.* ordinem, 76. 11.
ore, 96. 32.
Oreſtem, 68. 35. *Agamemnonis & Clytemneſtræ fil. qui patris mortem ulturus matrem interfecit; ob eam cauſam furiis agitatus, ad aram Dianæ Tauricæ ſceleris expiavit. Vid. Eurip. Oreſt. De Oreſte Virg. l.* 4. *Æn.*

Aut Agamemnonius Scenis agitatus Oreſtes,
Armatam facibus matrem, & Serpentibus atris
Cum fugit, ultricesque ſedent in limine Diræ.

origine, 115. 1. originem, 125. 36. Origines Catonis, 113. 33. *Has laudat Cic. in Bruto.*
oriens, 4 3. oriretur, 55. 29.
oris, 28. 9.
ornamento, 44. 10. ornamentum, ſc. *dignitatem, honorem*, 119. 6. ornarentur, 78. 1. ornatiſſimum exercitum, *inſtrumentis bellis optimè inſtructum*, 78. 5. ornata, *exſtructa*, 23. 23. ornatum, *ſubſt.* 90. 27. ornatus, 81. 7. ornatus, *part.* 68. 4. ornatus Elephantus, *inſtructus ad pugnam*, 105. 8. ornavit, 58. 29. *& alibi.* ornavit divitiis Athenienſ. *locupletavit.* 10. 22.
oro, 117. 17.
orta, 113. 32. ortâ diſſenſione, 46. 26. ortus, 112. 1.
oſculans, 128. 13.
oſſa, 15. 34. *& alibi.*
oſtendens, 45. 13. *& alibi.* oſtenderit, 32. 14. oſtendimus, 74. 28. oſtendiſſet,

diſſet, 110. 23. oſtendit, 40. 26. oſtentationem, 125. 28.

Oſtraciſmum, 23. 27. *Oſtraciſmus erat apud Athenienſes relegationis genus, quo* ſc. *dum cives pœnam alicui irrogandam vel propter divitias, vel potentiam exiſtimabant, in eas quaddam teſtulas ſuffragior. loco mittebant, in quibus quiſque nomen illius ſcripſit, quem cedere urbe volui: ut aliquis vero exilio multaretur, neceſſe fuit ut calculi pluſquam 6000. illius nomen gererent; tali ſuffragior. numero damnatus quiſque 10. annor. exil. tulit. Cauſa hujus inſtituti, nequis ob nimiam potentiam libertate oppreſſa tyrannidem occuparet. Sigon. lib. 2. de reb. Athen. cap. 4.*

otii, 68. 12. otium, 73. 9. *& alibi.*

P.

PAbulum, 87. 33.

pacem, 23. 35. *& alibi ſæpius.* paci, 55. 8.

pactione induciar. ſc. *jurejurando ſanctâ*, 77. 18. pactionibus talibus pacem facere, *conditionibus, legibus*, 46. 15. pacto, 4. 21.

Padum, 106. 16. *& alibi. Padus ingens eſt Italiæ fl. oritur ex Alpibus, ſeſeque multiplici ore in ſinum Venetum exonerat; hic Phaeton demerſus erat; à poetis dicitur* Eridanus, *ab Ovid.* populifer, *à Claud.* olorifer, *à Virgil.* Fluviorum rex, *hodie vocatur* Po.

palam, 48. 29.

palæſtra, ſc. *ludis palæſtricis*, 68. 16. palæſtræ dare operam, 66. 14. *In palæſtra exercebatur olim Græca juventus variis certaminum generibus, quor. præcipua refert Virg. Æn. 5.*

Quisque pedum curſu valet, & qui viribus audax,
Aut jaculo incedit melior, levibuſque ſagittis,
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu.

Pamphylio mari, 108. 4. *quod &* Phaſelicum *mare dicitur, in confinio Lyciæ & Pamphiliæ, Aſiæ minor. regionum.*

Pandates *Artaxerxis theſaurar.* amicus Datami, 60. 7.

panem, 15. 23.

Paphlagoniæ, 58. 8. Paphlagoniam, 60. 21. *Paphlagonia regio eſt Aſiæ minor. confinis Cappadociæ, ad Septentrionale littus verſa; nunc* Bolli *dicta à recentioribus.* Paphlagonis, 58. 11. *pro Thyo. nom. comm. pro proprio.* Paphlagonum, *pop. Paphlagoniæ*, 60. 6.

par, *æqualis*, 29. 31. par, *æquum, bonum*, 101. 37. *& alibi.* pari prælio diſcedere, *æquis manibus*, parabant, 120. 14. *moliebantur.* parabis bellum, *bellare inſtitues*, 104. 25. parare, 34. 17. parare copias, *comparare*, 60. 25. parare, *acquirere*, 123. 28. pararet iter, 34. 33. pararet exercitus, 86. 17. parari, 63. 29. parat. 63. 17. parati. 63. 6. paratis, 87. 20. 56. 22. paratus, 87. 36.

Parætacis, 87. 3. ſc. *Media regio.*

parcat, *omittat, negligat*, 19. 21. parcere, 39. 26. parcerent, 12. 37. *& alibi.*

parebat, 59. 15. paremus omnes naturæ, 125. 26. *ejus ductum ſequimur.*

parens, 42. 3. parens, *pater*, 46. 2. parente, 29. 9. *& alibi.* parentibus, 9. 7.

parere, *obtemperare*, 30. 14. parerent, 86. 9.

pareret ſuſpicionem, *præberet, injiceret*, 64. 4.

parem, *æqualem*, 87. 19. pares, *eod. ſenſu*, 9. 4. pari, 4. 28. *& alibi.* pariz, 87. 15.

Parii, 7. 30. *Parum incolentes, vid. Parum.* Pario, 8. 8.

paritur, 68. 13.

parma, 49. 12. *ſcutum brevius & fere rotundum, peltâ tamen majus.*

pars, 11. 10.

parſimoniâ, 35. 28.

partam, 25. 2.

parte, 2. 14 *& alibi.* partem, 24. 1. *& alibi.* partem ſuam in eâ re ſore nullam, *nihil ſibi tribuetur*, 33. 25. in neutram partem conſpici poſſit, 123. 31. *de ſupellectile modicâ non multâ; adeo ut nec minima, nec nimia videri, aut notari poſſit. Ovid. l. 2. Triſt. de domo ſuâ pari modo loquitur.*

Et neque divitiis, nec paupertate notanda eſt,
Unde ſit in neutrum conſpiciendus eques.

partes has excipit, *i. e. negotium hoc ſuſcipit*, 47. 25. parti, 84. 1. parti, *factioni*, 119. 36. partibus, *eod. ſenſu*, 116. 9. partis, 46. 12. partium, 118. 15. particeps, 83. 8. *& alibi.* participem conſilior. 83. 3.

partiendo, 44. 25.

partim, 2. 8. *& alibi ſæpius.*

parva munera divina. 28. 21. parvâ manu. *exiguis copiis*, 59. 21. parvam, 59. 35. parvi, *nullius pretii*, 89. 6 paruiſſe utilitati communi, *conſuluiſſe*, 30. 30. paruiſſet inſtitutis patriæ, 78. 34. paruit. 69. 31.

Parum, 7. 21. *Paros una eſt è Cycladibus ob candidi marmoris fodinam celeberrima.*

parum, 50. 24. *& alibi ſæpius.*

parvo, 12. 11. parvulam, 14. 11.

paſſi, 111. 3. paſſi ſunt, 89. 5. paſſuram, *permiſſuram*, 22. 15. paſſus, 116. 12. *& alibi.*

paſſuum, 6. 2. *his veteres metiebantur miliaria*: 100 *paſſus apud Romanos, unum lapidem ſive milliare conficiebant.*

patefecit cogitata, 19. 30.

pater, 104. 11. *& alibi ſæpius.*

paterfamilias. 123. 8. paterna, 58. 1. paternum, 109. 11.

paterent, 118. 20. pateret ad eum aditus. 8. 23. paterentur. 11. 2. *& alibi.* pateretur. 86. 14. pati, *ferre*, 124. 21. patiaris, 15. 12. patiebantur, 82. 10. patiebatur, 116. 24. patiens, 28. 11. *& alibi.* patientem, 69. 13. patientia, *duritie*, 35. 28

patre, 115. 3. *& alibi ſæpius.* patrem, 14. 37. Patres, *ſenatores*, 110. 5. patri, 44 29. *& alibi.* patrimonium, 112. 33. patrios, 13. 23. patris, 55. 13. *& alibi. ſæpe.*

patriâ, 16. 12. *& alibi ſæpe.* patriæ, 33. 8. *& alibi ſæpius.* patriam, 13. 32. *& alibi ſæpiſſime.*

patrociniis. 92. 26.

Patroclo, 58. 10. *Hic Achillis cui cariſſimus erat indutus armis, ab Hectore occiſus infeliciter cecidit. vid. Homer.*

patruo, 76. 17.

pauci, 9. 4. *& alibi ſæpius. 5. 13. & alibi ſæpiſſime.* paucitate, 73. 19.

paulò. 31. 20. paululum, 101. 1.

pauper, 65. 16. pauperes, 24. 17. paupertate, 17. 27. paupertatem, 67. 1.

pauſa, *finis*, 129. 20. *eo vocabulo antiquiores uſi ſunt*; *Lucret. l.* 4.

Parva ſit ardoris violenti pauſa *parumper.*

& Plaut. in Pœn. Quando id quod ſat erat, ſatis habere noluit, ego pauſam *feci*; *& in Perſa, Jamjam Pœgnium da* pauſam.

PAUSANIAS Lacedæmon. Varius in omni vitæ genere, 18. 2. Mardonium fudit, 18. 5. &c. hinc elatius ſe gerit, 18. 10. partâ aliâ victoriâ ejus ſuperbia augetur, 19. 3. &c. amicitiam & affinitatem Xerxis ambit, 19. 7. &c. ideo mulctatur, 19. 26. vincula rurſus meretur. ſed effugit. 19. 28. &c. 20. 7, 9. ſuo indicio deprehenditur, 21. 4. &c. in Chalcidico interit. 21. 23. &c. *Pauſania res amplius memorarunt Plutarch. in Ariſtide, & alibi. Thucyd. 1. Herodot. l. 9. Diod. 11. Ælian. V. H. 4, 7. Polyan. 8. Xenoph. hiſt. Gr. 2. Juſtin. 2, 15. 5, 10. 6, 4. Val. Max. 2, 6. Suidas &c.*

Pauſanias, 96. 16. *Hic erat juvenis inter Macedones nobilitate clarus; ob neglectam à Philippo vindictam, quam ab ipſo petebat de injuriâ ſibi turpiter illatâ, eundem interfecit. v. ſupplement Curt.*

pax paritur bello, 68. 13.

peccantes ad officium redire cogere, 79. 27.

pecunia. 47. 4. *& alibi.* pecunia publica, *de reditibus*, 10. 6. pecuniâ periculum depellere, 20. 5. pecuniæ uſus non magnitudine, ſed ratione metiendus. 124. 19. pecuniam numeratam accipere. 54. 13. pecuniam, *alibi ſæpius reperitur.* pecunias facere ex metallis, 22. 12. pecunioſus, *ibid.*

pede claudus altero, 80. 35. pedibus terram attingere, 85. 27. pedibus non valeret, 93. 4. *de eo cujus pedes ſenectus infirmos reddidit.* pedeſtrem exercitum, 46. 30. pedeſtres, 77. 8. pediſſequi, 24. 9. pediſſequus, 123. 20. peditatu, 84. 23. pedites, 49. 12. peditum. 5. 31.

Peducæum. *Sectum*, 127. 36. *Attici amicum familiariſſ.*

pejus, 39. 9.

pelleretur patria, ſc. *in exil. mitteretur*, 16. 12.

pellexiſſet, ſc. *in ſuas partes*, 83. 22.

pellis, 81. 5.

pellit hoſtes, *fugat*, 61. 18.

PELOPIDAS Theban. factioſorum ope patria pellitur, 73. 7. adoleſcentibus undecim ſtipatus, inſolito habitu Thebas redit, 73. 17. &c. *ibid.* 27. magiſtratus vinolentos occidit, 74. 7. libertatem reddidit, *ibid.* 9. Cadmeam reſtituit Thebanis, *ibid.* 12. Epaminondæ ſoli ſecundus, 74.

25. adverſa conflictatus fortuna, 74. 27. cadit in prœlio, 75. 5. mortuus coronatur, & ſtatua donatur. *De Pelopida, vid. Plutarch. in Pelopida, Xenoph. Gr. hiſt. l. 5. Diod. 15. Polyæn. 2. Stratag. Front. l. 3. c. 8. & l. 4. c. 7. Ælian. Var. hiſt. 11. 9. Polyb. 6. & 8. & Pauſan. in Bœoticu.*

Peloponneſiacum bellum caſu à Lyſandro confectum, 25. 4. Peloponneſo, 45. 19. Peloponneſum, 12. 22. *Peloponneſus eſt ampla Græciæ peninſula, ſic dict. à Pelope rege: hodie Morea dicitur, & Turcar. dominationi ſubeſt.*

pelcam, 49. 11. *Pelta ſcutum eſt breviſſimum, & fere quadratum. Peltæ Amazonicæ hederæ ſolio ſimiles erant; Thraciæ quadrangulæ, teſte Suida.* peltaſtæ, 49. 12.

penates, 13. 23.

penderetur, *ſolveretur, de pecuniâ.* 107. 13. *Pendebant veteres nummos, quos hodie nos & numeramus & pendimus: inde tot vocabula ponderum in re nummariâ antiqui uſurpârunt.*

penè, 33. 34. *& alibi.*

penes, 13. 11.

penetraſſet, 53. 4. ſc. *portum intraſſet non ſine difficultate & periculo*

penitus in Thraciam ſe abdidit, *in interiora Thraciæ tanquam in locum ſecurum, ſe contulit,* 33. 37.

pepercerat, 37. 3. pepercit, 98. 25.

pepererat, *comparaverat,* 33. 7. peperiſſet ſibi tyrannid. *adeptus fuiſſet,* 98. 27.

pepulerat, *fugarat,* 105. 12. pepulerunt, *ejecerunt,* 74. 11. pepulit, 78. 18. *eod. ſenſu quo* pepulerat.

per, 31. 12. *& alibi.* peractis rebus, 101. 31. peracto ſenatu, *finito, & dimiſſo,* 113. 12.

peradoleſcentulus, 82. 12.

peræquè, 123. 36.

peragraverat, 87. 8.

percepta, 125. 27. *& alibi.*

perculit imperium, 46. 4. *collabefecit, pervertit.* perculſos fortuna mala, 121. 35. perculſus plaga, *de eo qui abſens capitis damnatur,* 85. 11. percuſſa, 53. 6. *& alibi.* percuſſa, *collabefacta,* 73. 20. percuſſum, 70. 32. *vulneratum.*

perdant omnia, *pervertant,* 87. 13. perderet, 85. 22.

Perdiccæ, 50. 28. *Hic erat Amyntæ & Eurydices fil. & Philippi frater.*

Perdiccas, 83. 20. *unus ex Alexandri ducibus, cui Alexander moriens annulum ſuum dederat, regnumque Macedonum commendarat;* adjutus eſt ab Eumene, 83. 20. &c. cæteri Alex. duces ad eum opprimendum concurrunt, 83. 4. apud ſt. Nilum interficitur à Seleuco, & Antigono, 85. 7.

perdita luxuria, *extrema, quam ſummum dedecus comitatur,* 46. 24.

perducebantur ad ſocietatem periculi, 45. 36. perducere, ſc. *in ſocietatem,* 83. 30. perductum in prœlium, 106. 5. perductus, *perſuaſus,* 102. 19. perduxit, 44. 16. eò rem perduxit, 46. 15. perduxit ad ſuam voluntatem, 67. 12. perduxit ad dignitatem, *provexit,* 91. 14.

peregit propoſitum, 128. 20.

peregrinatio, 116. 13.

pereundum, 14. 22.

perexiguos, 88. 15.

perfeciſſet conata, 47. 37. perfecit, 69. 11. *effecit.*

perferre Spartam, *deferre,* 81. 24. perferret laborem animi, 28. 14.

perficienda, 19. 21.

perfidia, 26. 10. *& alibi.* perfidiam, 27. 19.

perfuga, 61. 4. perfugas, 61. 12. perfugit, 45. 31.

perfunctus, 119. 28.

Pergamenæ naves, 109. 27. Pergamenorum arma conſilio ſuperavit Hannibal. *ibid.* 35. Pergamenus rex Eumenes Romanis amiciſſim. 108. 28. *Pergamus autem ſeu Pergamum urbs eſt inſignis Myſiæ, in Aſia min. non procul à Caico amne, ex qua urbe Galenus medicor. peritiſſim. ortus erat: hodie* Pergamo.

Periclis, 28. 18. *Hic erat vir inter Athenienſ. clariſſim. plurimumque auctoritate pollens; adeo ut per 40. annos reip. gubernaverit. Vid. Plutarch. in Pericle.*

pericula, 97. 12. *& alibi.* periculi, 45. 36. *& alibi.* periculis, 40. 1. *& alibi.* periculo, 5. 11. *& alibi.* periculo, *cippo. vid. Var. Lect. in Epaminonda.* periculum erat ne &c. 11. 9. periculum, *alibi ſæpius.*

periiſſe, 42. 5. periit, 52. 34. *& alibi.*

perilluſtre, 122. 27.

perinde ac ſi &c. 32. 15. *& alibi.*

Perinthum, 53. 1. *Perinthus urbs Thraciæ eſt ad Propontidem; quæ & Heraclea dicitur:*

dictus: hodie etiam Heraclia, *ſeu* Araclia *appellatur.*
perire, 86. 21.
peritiſſimo, 50. 7. peritiſſimos, 10. 12.
perito, 69. 19. peritus, 54. 4.
perituros, 11. 21. peritutum, 69. 34.
perjurio, 77. 22. *& alibi.*
perlata, 10. 22. *& alibi.* perlatum, 27. 10.
permiſerit, 41 3. permiſit, 70. 3. permiſerunt, *reliquerunt*, 100. 13.
permoti, 6. 3. permotus, 86. 20.
pernicie, 70. 28 *& alibi.* perniciei, 37. 13. *& alibi.* perniciem, 60 13. *& alibi.* pernicioſiſſimum, 80. 6.
pernoctaſſe, 29. 8.
perorandi, *cauſam dicendi*, 93. 10. peroraſſet, 69. 1.
perpaucorum, 72. 11.
Perpenna, 112 5. *Is Graeus & peregrinus fuit, & tamen conſul factus eſt Roma antequam civitatem adeptus eſſet, quod legibus erat prohibitum. Val. Max. l. 3. c. 4.*
perpeſſus eſt, 66. 32. perpeteris, 93. 16. perpeti, 19. 34.
perpetua, 4. 35. perpetuâ, 8. 20. perpetua oratione, *continuâ & oppon. brevitati reſpondendi, & apophthegmatibus.* perpetuam, 8. 13. perpetuo, 30. 32. perpetuò, *adv.* 4. 19.
Perſæ fuſi, 6. 36, 37. venatibus & luxuriæ dediti, 35. 32, 33. Perſarum dominatio, 5. 10.
perſecutus eſt, 113. 36. ſc. *narratione, ſermone, explicatione. Sic Cic. 2. Offic. commodiſſime ea res* perſecutus eſt, *Xenophon.* perſecuti ſumus, *eod. ſenſu*, 114. 5. *eod ſenſu*, perſequemur, 126. 19. ad illos perſequendum ſegnes, 37. 14. perſequens bello Alexandr. 74 34. perſequeretur, 7. 19. perſequitur fugientes, 61. 19.
perſeveraret, 12. 2. perſeveravit, 58. 32.
Perſiæ, 52. 13. *Perſia regio eſt ampliſſima Aſiæ. Orientalis olim imperii ſedes, nunc ſubeſt dominio peculiaris Regis* Sophi *dicti; vocatur hodie* Tarſi *&* Tarſiſtan. de Perſicis rebus ſcripſit Dinon hiſtoricus, 42. 7. Perſicum bellum, 10. 14. Perſide, 15. 17. Perſidem, 86. 25. *Hæc eſt imperii Perſar. peculiaris regio, cujus caput Perſepolis: Graeci enim diſtinguunt inter* Περσίδα χώραν, *&* πόλιν Περσέπολιν: *hæ ſunt Perſidis urbes, illa Perſica dominationis.*
perſona, 74. 25. *ſignificanter pro viro cui publica adminiſtrationes innituntur.* altera perſona, ſecunda tamen, *ibid. unus ex duobus, non primus, primo proximus, non par.* 74. 25. à perſona principis abeſſe, 65. 6. perſonis viror. ſummor. 1. 3.
perſuadere, 83. 29 *& alibi.* perſuaderet, 84. 17. perſuaſerat, 107. 27. perſuaſerit. 45. 6. perſuaſit, 19. 8. *& alibi.* perſuaſum, 31. 35.
pertæſum, 124. 29.
perterritæ, 47. 30. perterriti, 11. 17. perterrueruntt, 6. 37.
pertimeſcerent omnes de ſalute, 69. 18. pertimuerunt ne &c. 31. 2.
pertinaciæ, 101. 10.
pertineat, 65. 10. pertinebant, 20. 26. *& alibi.* pertinere, 29. 36. pertineret, 29. 23.
pertuliſſet, 20. 25. pertulit, 16. 17.
perturbatam, 116. 6. perturbati, 89. 36. perturbatus, 21. 4.
pervectus, 30. 16
pervenerat ad hoſtes, 61. 10. pervenerint in maximum odium, 25. 12. pervenerit in Aſiam, 77. 10. perveneruntt in tutum, *incolumes evaſerunt*, 53. 11. perveniebat ad illum ea res, *de pecunia illi data*, 67. 6. pervenire, 73. 27. *& alibi.* pervenirent. 63. 9 perveniret, 58. 24. *& alibi.* ad ſuos perveniret fama. 60. 31. perveniri, 87. 23. perveniſſe. 13. 19. *& alibi.* perveniſſent. 73. 29. perveniſſent in ſuam tutelam. 83. 14. perveniſſent ad deſperationem, 101. 21. perveniſſet, 4. 23. perveniſſet in intimam amicitiam Triſſaphernis. 31. 9. pervenit. 4 6. *& alibi.* pervenit ad principatum. 23. 2. perventura conſilia ſua ad aures regis, 5. 23. perventum eſt. 93. 4.
pervertere, *civitatem*, 26. 15. *evertere.* pervertit veteſtos mores, *corrupit*, 102. 7.
pervulgata, 66. 3.
petens amicitiam, 15. 8. petens. *proficiſcens*, 105. 17. petentibus. 19. 34. petere pacem, 33. 17. peterent ſocietatem demigrationis, 3 9 peterent naves. *in naves ſe conferrent*, 6. 37. peterent opem. 69. 21. peteret, 34. 20. peti, 118. 21. peti Athenienſes, *iis praecipue bellum intendi*, 10. 23. *tranſlatio à gladiatoribus qui eam partem, in quam ferri mucronem collimant,*

ſollimant, petere *dicuntur*. peti ſe. 110. 24. *ſibi inſidias & exitium parari*. petierat. 4. 8. petiit. 27. 10. *& alibi*. petiit fuga ſalutem, *quæſivit*, 109. 25. petit. 19. 21. petiverint auxilia, 101. 19. petivit, 50. 13. *& alibi*.

petulans. 57. 6

Peuceſtes, qui corporis cuſtos fuit Alexandri, 85. 25. *vid. de eo Arrian. l. 6.*

Phalangem, 51. 7. *ſtabile agmen ſine determinato numero, ubi vir viro, arma armis conſerta ſunt*. Phalanx Macedonum, 86. 27. *cohors invicta Macedonum, qua conſtabat ætas peditum millibus*.

Phalareo. 7. 16. *vid. Demetrius Phalareus*. Phalareo portu, 14. 15. *Phalerum erat Pagus Atticus in tribu Antiochide; Suid. & navale. Pauſan. l. 1.*

Pharas. 39. 5. *urb. ſc. Cretæ, quam Meſſenii condidere; ejus meminit, Pauſan. in Achaicis.*

Pharnabazus Satrapes regius. 27. 7. ejus factum, *ibid.* Satrapes Joniæ & Lydiæ. 39. 16. dux bello Ægyptio deſtinatus. 59. 7. Alcibiadem interficiendum curat. 34. 31. &c.

Pheræo. 74. 32. *Phera oppidum eſt Theſſaliæ, unde* Pheræus.

Philænius. *hiſtoricus qui res Hannibalis ſcripſit*, 111. 3.

Philippenſe prælium. 121. 33. *hoc prælio Brutus & Caſſius Cæſaris interfectores occiderunt. Philippi autem urbs eſt Macedoniæ, confinis Thraciæ.*

Philippi mater Euridice, 50. 28. Philippi ad amicitiam accedit Eumenes, 82. 13. *Hic Philippus Macedonum erat rex, & pater Alexandri; occiſus eſt à Pauſania: v. ſupplement. Curtii.*

Philippides curſor ejus generis qui *hemerodromi* vocantur. 6. 4.

Philippum regem. 92. 34. *Hic erat alter Macedon. rex, ſed vocabatur Philippus Aridæus, quem penes tantùm nomen regii, poteſtas verò & imperium penes Eurydicem uxorem ejus, aliosque adulatores, Vid. Juſtin. l. 14. c. 5.*

Philippum, 103. 16. *Hic etiam fuit Macedon. rex Demetrii fil. & pater Perſei, reg. Maced. quem deviſtum captumque Paul. Æmil. Romam duxit, Vell. Paterc. l. 1. c. 9.*

Philiſti, 45. 7. Philiſtum, 45. 1. *Philiſtus erat hiſtoricus, ſcriptor Siculus, ſub utroque Dionyſio floruit, à Dionyſio patre ſeniore, in exilium miſſus, revocatus à juniore, in invidiam Platonis, & Dionis. Varias conſcripſit hiſtorias de reb. Sicil. cum eſſet Adria otioſus & exul. Vid. de hiſtoricis Gr.* amicus erat tyranni, 45. 2.

Philocles. 33. 22. *prætor Athenienſ. contra Lyſandrum.*

Philocrati, 48. 5. *Hic erat frater Callicratis, fratremque in interficiendo Dione adjuvit.*

philoſophia, 66. 30. philoſophiæ, 66. 4. philoſophorum. 125. 26.

PHOCION Athen. *Bonus* appellatus, 91. 5. ob paupertatem memorabilis, *ibid.* 6. &c. ejus dictum cum rogatus eſſet ut liberis proſpiceret, &c. 91. 13. cum Demade conſilium init ut Demoſthenes urbe pelleretur, 92. 3. &c. Piræeum ſecuritati ſuæ prodidit. 92. 18. &c. exilio mulctatus à populo, 92. 31. cauſam juſſus dicere apud Philippum regem. Athenas reductus damnatur, & traditur 11. viris ut ad ſupplicium duceretur. 93. 12. ejus dictum, *ibid.* 17. à ſervis ſepultus eſt, *ibid.* 30. *De Phocione, vid. Plutarch. in ejus vitâ. Diod. l. 18. Athen. l. 10. Val. Max. 3. 8. Æſch. de falſ. Leg. Athen. Suid.*

Phœbidas Lacedæmonius arcem Cadmæam occupat. 72. 10. ab exercitu remotus. & pecunia mulctatus, *ibid.* 15. *de eo vid. Diod. l. 15. & Xenoph. l. 5. de reb. Gr.*

Phœnicibus. 41. 8. Phœnicum, 23. 10. *pop. ſc. Phœnicia. Phœnicia autem regio eſt Syriæ maritima, Judæa contermina, cujus præcipua fuerunt urbes Tyrus & Sidon ad mare.*

Phrygiam. 62. 27. *Phrygia regio eſt Aſiæ minor. dividitur in majorem, & minorem. hanc inter Galatiam, & Lydiam; illa inter Bithyniam, Cariam, Lycaoniam, & Helleſpontum, hæc* Germian & Durgut. *illa hodie* Sarcum *dicitur*. Phrygum. 62. 6. *pop. Phrygia.*

Phylen, 37. 7. *Locus erat munitus, diſtans Athenis* 100. *ſtadiis in Oenide tribu. Xenoph. l. 11. de reb. Gr. Juſtin. l. 5. c. 9.*

pia, 41. 31. pietas. *obſequium in patrem*, 78. 26. pietate, *amore erga parentem*, 125. 17. pietatem, *fratris amorem*, 95. 6. pietatis, *obſequii erga avunculum*, 118. 1.

la lapidea, *in quo inciſa eſt devotio Alcibiadis*, 30. 24. *mos erat apud Atheniens. ver. nomina pila lapidea incidere qui execrabili infamia devoti erant.*
ræi portus triplex Themiſtoclis conſilio conſtituctus, 12. 15. Piræeo potitus eſt Nicanor. 92. 19. in Piræeum tranſit Thraſybulus, 37. 21. *Portus Piræeus vocatur hodie* Porto Leone. 40. *ſtadiis ab Athenis remotus, à Themiſtocle, munitiſſimo muro civitati conjunctus eſt.*
ſidæ. 61. 11. Piſidas, *ibid.* 17. *pop. Piſidiæ. Piſidia autem regio eſt Aſiæ min. Lycaoniæ, Iſauriæ, & Pamphiliæ finitima; nunc dicitur à Turcis, quibus paret,* Verſagli.
iſiſtrati, 8. 9. *Hic civis erat Athenienſ. eloquentiſſim. ſupremam tandem (nec deſuit populi conſenſus) poteſtatem invaſit. Hipparchi erat fil. primuſque Athenis Bibliothecam poſuit. vid. Herodot. l. 1.*
iſiſndro, 31. 11. *Hic erat prætor Athenienſ. in bello contra Lacedæmonios.*
itacus, 38. 14. *Philoſophus Mitylenæus; unus ex 7. Gr. ſapientibus.*
lacari animo in eum, 74. 35. *conceptum in eum odium deponere, reconciliari.* placatis, *benevolis*, 50. 30. placato, 21. 11.
lacebat in terra dimicari, *de conſilio & propoſito terreſtre prælium committendi*, 10. 36. placere, 16. 15.
laga, *calamitate*, 85. 11. plagis, *vulneribus*. 84. 31.
lanè, 85. 27.
lataeas, 17. 5. *urb. ſc. Bœotiæ ſub Cithærone monte, non procul à Thebis.* Plateenſium, *Plataar. incol.* 6. 18.
Plato, Tarentum venit, 44. 12. à Dionyſio patre, Syracuſas perducitur, *ibid.* 16. rurſus à Dionyſ. fil. Dionis precibus adducto, Athenis arceſſitur, 44. 35. Dionyſio perſuadet tyrannidis finem facere, 45. 6. à patre Dionyſio venundari juſſus, 44. 20. *vid. Laertium de Platonis vita. Hic divinus Philoſophus pulcherrimis rer. Ideis deditus, inauditam quandam temp. & mirum amoris genus inter mortales vix reperiendum, excogitavit.*
plebiſcito, 17. 1. *& alibi.* i. e. *ſtatuto; quippe plebs ſeiſcit & jubet; ſenatus cenſet & auctor eſt.*
plecteretur, 122. 15. plecti, 8. 26.
plenus conſilii, 18. 7.
pleraque, 2. 9. *& alibi.* pleraſque, 7. 19, *& alibi.* pleriqne, 5. 14. *& alibi.* pleriſque, 10. 35. *& alibi.* pleroſque, 1. 1. plerumque, 126. 21.
plumbo, 108. 14.
plura, 2. 18. *& alibi.* plures, 29. 28. *& alibi.* pluribus, 21. 27. plurima, 14. 36. *& alibi.* plurimas, 108. 37. plurimi, 5. 21. *& alibi.* plurimis, 65. 14. *& alibi.* plurimorum, 37. 5. plurimos, 37. 3. plurimum. 66. 19. *& alibi* pluris, 50. 34. *& alibi.* plus, 6. 35. *& alibi ſæpius.*
Pœcile. 7. 11. *Porticus erat Athenienſ. variis picturar. generibus ornata, quar. author, Polygnotus Thaſius. In hâc porticu pugna Marathonia depicta eſt, & multa alia prælia ex quibus Athenienſes victoriam reportarunt.*
poemata, 117. 13.
pœna, 16. 13. *& alibi.* pœnam, 16. 17. pœnas, 5. 18.
Pœni, 100. 9. *Africa pop. præcipuè Carthaginenſes. Sic dicti (ut quibuſdam placet) quia à Phœnicibus originem traxerint.*
Pœnus, *Hannibal*, 108. 22.
pœniteret, 56. 6 pœnituit, 23. 29.
poetam, 113. 10. *& alibi.* poeticam, 127. 6. poeticen, 126. 8.
pollicens, 14. 24. polliceretur, 22. 18. polliceri. 124. 26. pollicetur, 19. 16. *& alibi.* pollicitationibus, 83. 28. pollicitus, 15. 18. *& alibi.* 110. 32.
Polybius, 110. 32. *Megalopolitanus, graviſſim. & accuratiſſim. hiſtoriar. ſcriptor: Romanam hiſtor. in 40. libris compoſuit. Scipionis erat Africani præceptor.*
Polyperchon Caſſandrum Macedonia pellit. 93. 28. coram Polyperchonte cauſam dicit Phocion. *ibid.* 35. *Polyperchon unus erat ex Alexandri ducibus, cujus poſt mortem propoſitus fuit ab Antipatro, Gracia, & Macedonia; occiſus eſt tandem cum Neoptolemo in prælio adverſ. Eumenem. Juſtin. l. 13. c. 8.*
pompa, 128. 23.
Pompeium qui & cur ſecuti ſunt, 119. 7. &c. *De Pompeii vita, vid. Plutarch. de Bello Civili inter Cæſar. & Pompeium, præcipuè conſule Lucanum.*
POMPONIUS Atticus. 115. 1. *vid. Atticus, & Var. Lect. in Attico.*
ponam, 36. 3. *habeam, exiſtimem.* ponebatur virtus ſumma in patientia, 35. 28. h. e. *patientia ſumma virtus habebatur.*

habebatur, ponenda caſtra. 64. 21. ponendis ſtatuis. 51. 15. poneretur, *de imagine in pictura*, 7. 12. poneretur, 29. 31. *& alibi.* poneretur, *erigeretur*, 116. 34. poni in vitiis. *inter vitia numerari*, 65. 6. ponit caſtra, 60. 33.
pons, 12. 3. ponte, 5. 12. pontis, 4. 33.
Pontum, 108. 23. *regio.* ſc. *Aſiæ minor. inter Bithyniam, & Paphlagoniam.*
ponuntur, *habentur*, 2. 9.
populares, *qui populo ſtudent*, 92. 26.
populatus, 54. 18. *devaſtans.*
populi, 31. 14. *& alibi ſæpius.* populo, 2. 6. *& alibi ſæpius.* populum, 23. 5. *& alibi.* populus acer, ſuſpicax, mobilis. adverſarius, invidus etiam potentiæ. 56. 1. &c. populus juſſerat, *decreverat, lege præſinierat*, 70. 2. populus jubet, *formula eſt Democratica.*
porrigeret, 47. 6. neque quo manus porrigeret, ſuppetebat, *ibid. unde raperet, ſumeret.*
portæ Ciliciæ, *clauſtra, aditus anguſti.* 61. 31.
portabat, 108. 12. portarentur. 59. 16. portaretur. 93. 5.
porticu, 7. 10.
portu, 12. 15. portum, 53. 2. portus, 12. 17.
poſceret, *exigeret*, 28. 11.
poſita, *erecta.* 55. 13. poſitam ſpem habere in alterius pernicie, 89. 18. poſito ibi præſidio, 30. 33. poſitum in publico devotionis exemplum, in pila lapidea inciſum, 30. 25.
poſſeſſionem Siciliæ tenebant, *imperium quod ibi obtinetur*, 95. 31. poſſeſſiones, *bona*, 47. 7. poſſeſſionibus, 124. 18.
poſſe, 5. 11. *& alibi.* poſſemus, 67. 34. poſſent. 3. 5. *& alibi.* poſſet, 7. 22. *& alibi.*
poſſiderent, 12. 23.
poſſimus. 56. 13. poſſint. 88. 14. poſſis, 113. 27. poſſit, 7. 4. *& alibi.* poſſum, 124. 37. poſſunt, 92. 20.
poſt. *prap* 19. 1. *& alibi.* poſt. *adv. ibid.* 28. *& alibi.*
poſtea, 10. 17. *& alibi.* poſteaquam, 7. 14 *& alibi.*
poſtera, 88. 18. poſterius, 21. 28. poſtero, 6. 24. *& alibi.*
poſtquam, 12. 29. *& alibi ſæpius.*
poſtremò. 65. 14.
poſtridie, 11. 31.
poſtulabat, 30. 4. poſtulabat imperi *cupiebat*, 87. 10. poſtularent, 116. poſtularet. 68. 30. *& alibi.* poſtu ſet, 3. 19. *& alibi.* poſtulat. poſtulata facere, 33. 23. poſtul dem. *jusjurand. exigo*, 104. 18.
poſueris me in eo bello princip *exercitui præfecerit*, 104. 26. poſ runt, *erexerunt.* 116. 36. poſu tripodem aureum Delphis, *dona & dedicaſſet*, 18. 12. poſuiſſet in convitiis, *inter alia hæc uſurp* 68. 33. poſuit tropæum, 62. 15.
potens Athenis, *magnus in civitate*, 33. potentia ſingularis, *unius rium*, 48. 16. potentiâ, 20. 5. tentiâ adminiſtrabatur reſp. *jure adminiſtrab.* potentiæ invi 58. 2. potentiæ populi inimic 31. 14. potentiam, 8. 11. poten 77. 2. potentem, 95. 33. poten 120. 1. potentior. 29. 24. pote tiſſimæ. 23. 36. potentiſſimi, 1 9. potentiſſimus. 56. 19.
poterant, 10. 31. *& alibi.* poterat. *& alibi ſæpius.* poterimus. 116. poterit. 56. 15. potero. 72. 7. p terunt, 57. 8. poteſt, 36. 17.
poteſtas, *facultas, copia.* 44. 29. *& al* poteſtate, *ditione*, 5. 1. in ſua po ſtare eſſe, *ſui juris eſſe*, 118. 18. poteſtatem redigere, 3. 18. poteſ tem. *imperium*, 8. 18. *& alibi. in p* teſtatem hoſtium venerunt. 25. poteſtatem omnium rer. *ſummum perium*, 26. 4. ſui fecit poteſtate 78. 17. *in latiori campo ſe pugna* nullius conditionis non haberet teſtatem. 122. 19. *de eo cujus mat monium & affinitatem optarunt* poteſtates ſummas. *dignitates, ma ſtratus*, 73. 4. poteſtati ei ſeverè pra fuit. 113. 14. *De Catone qui non ſ ſummâ ſeveritate cenſuram geſſit.*
potiora, 29. 12.
potirentur ſumma imperii, 84. potiretur oppido, 7. 25. potiretu ſummi imperii. 86. 29. potiundi 78. 28.
potiùs. 13. 28. *& alibi.*
potuerant. 32. 4. potuerint, 120. potueris. 67. 22. potuerit, 11. potuerunt, 26. 29. *& alibi.* potui ſe, 79. 24. *& alibi.* potuiſſent, 4 20. potuiſſet, 22. 3. *& alibi.* potui 31. 5. *& alibi ſæpius.*
præ, 89. 6.

præberet, 15. 23. præberet illi ſuſpicionem inſidiar. 63. 23. *faceret ut inſidiar. ſuſpicio in mentem illi veniret.*
præbuit ſe pari virtute. *geſſit*, 58. 3.
præbuit ſe talem imperatorem. *oſtendit, exhibuit*, 79. 37.
præceperunt quid fieri vellent, 20. 32.
præcepit, 3. 13. *& alibi.*
præcepta, 125. 27. præcepto, *juſſu*, 109. 23. præceptorem, 66. 5. præceptum, *monitum, ſententia*, 37. 15. præcipiendi, 65. 2. præcipit, 88. 13.
præcipitatæ, 32. 19.
præcipua, 26. 13. *& alibi.* præcipuam, 58. 4. præcipue, 80. 19. præcipuo, 12. 19. præcipuus, 39. 4.
præclaram, 95. 21. præclarè, 54. 5. præclariſſimum, 95. 4. præclarum, 38. 1.
præcurrerunt, *ſuperarunt, antecelluerunt: tranſlatio à certantibus curſu in ſtadio.* 36. 9.
præda, 18. 12. *& alibi.* prædas, 52. 8. prædatum, 33. 33.
prædia, 24. 6.
prædicabant, *vocabant*, 48. 31. prædicabat, *aiebat*, 79. 1. prædicamus, 124. 1. prædicare, *pro ſe ferre*, 30. 36. prædicari, 96. 33. prædicem minus quam debeam, *non ſatis laudem*, 120. 5. prædium, 16.
prædixerat, 63. 5. prædixit, 125. 15. *& alibi.*
prædones, 10. 11.
præerant, 52. 37. præerat ſummæ imperii, 11. 22. præeſſe exercitui, 32. 3. *& alibi.* præeſſent, 6. 8. præeſſet, 78. 27.
præfecerat, 84. 1. præfecit, 5. 30. *& alibi.* præfecit eum exercitui, 60. 20. præfecti regis Perſiæ, *Satrapa quibus data provinciar. imperia*, 52. 13. præfecti regis, ſc. *qui claſſi præerant*, 34. 34. præfectis, *ducibus*, 36. 2. præfecto, 58. 21. *& alibi.* præfecto morum, 102. 2. *quales erant apud Romanos, cenſores, penes quos erat jus animadvertendi in mores civ. tales fere erant præfecti ſeu magiſtri morum apud Carthaginienſ. ad quos pariter pertinebat morum cenſura, & præterea facultatum cujuſque æſtimatio*, præfectos, 40. 15. præfectum, 31. 7. præfecturas conſulum, prætorumque, 118. 28. *à conſulibus prætoribuſque delatas; erant enim præfectura in exercitu variæ, ab imperatore deferri ſolitæ. vid. Sigon. de Ant. Jur. Provinc. l. 2. c. 2.* præfectus claſſis, 27. 8. *& alibi.*
præferendi, 111. 8. præfero, 36. 4.
præficere, 69. 15. præficeret, 50. 13. præficitur, 31. 18.
præfinitum, 69. 36.
præfuerant, 32. 6. præfuerit reip. 71. 26. præfuiſſet tantis rebus, 17. 27. præfuit, 39. 3. *& alibi ſæpius.* præfuturum, 41. 15.
prælia, 97. 3. *& alibi.* prælii, 36. 14. *& alibi.* prœliis, 31. 22. prælium, 7. 27. *& alibi ſæpius.*
præmia, 78. 1. præmiis, 121. 30. præmio, 109. 8. præmium, 7. 3.
prænuntiatum, 88. 18.
præoccupare, 61. 32. præoccuparet, *ſupplantaret, inſidiis tolleret*, 45. 14.
præoptaret, 122. 20.
præpoſiti, 37. 2. præpoſuit, *antetulit*, 78. 32.
præs, 118. 24. *ſponſor, ſidejuſſor, qui promittit aliquid coram populo vel magiſtratu, faciendum aut præſtandum.*
præſcripſerat, 128. 22.
præſens, 81. 15. præſente, 33. 15. præſentes, 31. 35. præſenti, 10. 5. *& alibi.* in præſentia, *tum temporis*, 14. 9. quod in præſentia veſtimentor. fuit, arripuit, 35. 6. i. e. *quod ad manum fuit.* impræſentiarum, 106. 18. præſentibus, 12. 31. *& alibi.*
præſertim, 8 13.
præſidia, *pro militibus tuenda urbi præpoſitis*, 5. 33. in præſidia ſua ſe recepit, *in loca munita, ſive ad milites ſe fugientem recipere & tueri paratos, confugit*, 109. 26. præſidii, 14. 18. non ſatis in eo præſidii putabatur, *de eo qui hoſtibus quibus impar eſt, opponitur*, 55. 19. præſidiis, 83. 32. præſidio, 30. 32. *& alibi.* præſidium, 67. 30. *& alibi.*
præſtabat, *antecellebat*, 68. 30. præſtabat officia, 4. 17. præſtanda, 119. 25. præſtantem viri prudentiam, 31. 1. præſtantes viri ſapientia, 55. 22. præſtare, *perficere*, 15. 33. præſtare, *antecellere*, 53. 11. præſtaret, 117. 6. *eod. ſenſu.* præſtiterat fidem amicitiæ, *implerat*, 92. 6. præſtiterunt, 126. 11. præſtitiſſe, 99. 13. præſtitiſſent, 78. 3. præſtitit, 14. 14. *& alibi.*
præſtituerunt, 52. 16. *præſtiterant.*
præter, 4. 25. *& alibi ſæpius.*

prætetea, 29. 16. *& alibi.*
prætereunda, *in narratione omittenda*, 20. 28. prætereundum. *eod. ſenſu*, 27. 7. *itidem.* præteribo, 123. 32. induciar. præteriit dies, 77. 28. præterire, *ſilentio*, 99. 11. neque præteriret adverſarius quin ancipiti premeretur loco, 61. 35.
præmittebat, 24. 15.
prætermittere, 65. 10.
præterquam, 127. 30.
prætor. 31. 16. *& alibi ſæpius. Veteres plerumque magiſtratum cui paruit exercitus*, prætorem *appellarunt*; *poſtea tamen* prætor *nomen fuit magiſtratus quem penes erat omnis publici privatique juris poteſtas, novum jus condendi, & vetera abrogandi: iſtiuſmodi prætores provinciis ſubactis Romani præpoſuerunt.* prætore, 31. 11. prætorem, 105. 22. prætores, 35. 37. *& alibi.* prætoris, 118. 33. prætorium, 121. 39. prætorum, 118. 27. præturam, 118. 33.
prævidiſſet, 108. 11. *aliquid conſilii reperiſſet, excogitaſſet.*
precatum, 95. 18. preces, 128. 17. precibus, 44. 21.
premerent acrius adverſarios, 104. 28. premerentur ancipiti periculo, 11. 11. premeretur, 61. 36. premi ab hoſtibus, 5. 5. *tranſlatio à venatu, cum ita urgetur fera, ut nulla elabendi amplius copia ſit.*
pretio, 123. 27. pretioſas, 120. 30.
pridie, 62. 16.
prima ejus imago poneretur, 7. 12. i. e. *in primo loco.* prima nocte, *prima vigilia*, 88. 13. cum primis ætatis ſuæ compararetur, *cum præcipuis ſui tempor.* 49. 4. in primis ſtetit. *in acie inter primos pugnavit.* 71. 19. primo, *adj.* 6. 11. *& alibi.* primò, *adv.* 12. 33. *& alibi ſæpius.* primùm, *adv.* 10. 10. *& alibi ſæpius.* primus, 10. 3.
princeps poneretur, *ſupra alios præſtantiſſimus haberetur*, 35. 35. princeps, *primus*, 37. 6. princeps, *dux ſummus qui ſumma rer. potitur*, 102. 6. de principatu contendere. 12. 28. principatum, *auctoritatem*, 123. 2. *& alibi.* principatum eloquentiæ tenebat, *ſummus fuit orator.* 118. 10. principem ducum, *præcipuum ducem*, 59. 35. principem conſilii, *ſummum conſiliar.* 119. 19. principem Romæ, *imperatorem*, 127. 19. principes Athenienſ. *duces*, 23. 26. *& alibi.* principes totius Græciæ, *qui ſub dominatione Graciam tenuerunt*, 73. 2. principes civitatis, *primates*, 14. principes factionis, 73. 5. principia, 86. 37. ſcilcet, *caſtrorum locus ubi convenerunt duces, tribuni &c. deliberaturi; ubi jus dictum, conſilia capta, ſigna aſſervata, altaria culta, &c. vid. Lipſ. milit. Rom. 5. 4. eo ſenſu Juſtin. hac voce utitur, l. 11. c. 5. Ordines nemo niſi ſexagenarius duxit, ut principia caſtrorum cerneres, in ali cujus priſca reip. ſenatum videre diceres.* principibus, 116. 30. principiis, *eod, ſenſu quo* principia. 86. 38. *Dubitatur autem utrum hac principia in medio, vel in extremo caſtrorum eſſent; Polyanus medium locum occupaſſe innuere videtur, ἐν μέσῳ στρατοπέδῳ.* principis, 65. 6. principum, 125. 11. *& alibi.*
prior, 37. 27. *& alibi.* priorem, 43. 6. priori, 43. 14. prioribus, 85. 27.
priſtina, 85. 4. priſtinarum, 110. 25. priſtini, 32. 11.
privarentur, 69. 12. 92. 16.
privatam, 29. 22. privati, 56. 17. *& alibi.* privatis, 9. 13. *& alibi.* privato, 72. 14. *& alibi.* privatum, 119. 20. privatus. 8. 13. *& alibi ſæp.*
privatus vita, *interempius*, 99. 9. privavit urbem commeatu, 7. 23.
privigno. 126. 32. privignus, 28. 18.
prius, 13. 18. *& alibi ſæpius.* priuſquam, 6. 31. *& alibi.*
pro, 8. 1. *& alibi.* pro, *ſecundum*, 67. 3.
probabilis Orator. 113. 14. *cujus Oratio civium captui accommodatur, qui facile fidem apud omnes invenit. Nam* Ciceroni, *id eſt*, probabile; *ſi Oratio non ſit nimis compta, ſi autoritas & pondus in verbis, ſi ſententia vel gravis, vel apta opinionibus hominum & moribus, &c. Vid. Partit. Orat. c. 6.*
probamus Thucydidem auctorem, *ſi præcipuè credimus*, 15. 30. probandi, *laudanda*, 41. 31. probaſſet, *approbaſſet*, 27. 16. probata, 61. 9. probato, 10. 29 probatum eſt, 95. 5. probatus minus parentibus, ſc. *qui eum liberius viventem agre ferebant.* 9. 7. probetis meum conſilium, 128. 9.
procacitatem, 97. 8.
procellis, *tumultibus*, 121. 27.

rocessisset nox, 74. 7.
roclis, *Spartanor. reg. ex Heraclidar. familia.* 76. 7.
roclive, *facile*, 55. 36.
rocreasset, 68. 35. procreavit, 43. 5.
rocul, 7. 26. *& alibi sapius.*
rocuranda sacra, *administranda & custodienda*, 10. 33. procuraret negotia, *rem mandatam ageret*, 104. 33. procuratio reip. populo redderetur, *status Democraticus redderetur, sive iterum remp. administrarent populi.* 38. 1. procuratione, 116. 37. procurationem, 124. 35.
rodere, *tradere hosti*, 88. 37. proderet, 21. 6.
rodesse, 29. 33. *& alibi.* prodest, 66. 27.
rodibat, 9. 14.
rodiderunt memoriæ de eo, *ejus historiam scripserunt*, 28. 3. prodidisset Piræeum, 93. 1. prodidit supplicem, *fidem supplici datam violavit*, 14. 16.
rodire in scenam, 2. 6. prodiflet in publicum, 29. 30.
rodita memoria, *vulgata fama*, 107. 33. proditionis, 7. 35. *& alibi.* proditores, 61. 20.
roduxi vitam, 128. 8. produxit milites in aciem, 6. 34.
rofecit, 88. 29. profecta est, 86. 12. profecti, 21. 10. profectione, 74. 3. profectò, 73. 15. profectum, 59. 25. *& alibi.* profectus, 3. 17. *& alibi sap.*
roferre rem exempli gratia, *narrare*, 26. 11. proferre testimonia, 56. 14.
rofessus est, 13. 21.
roficiebant, 45. 33
roficiscatur ad bellum, 55. 21. proficiscendi, 30. 2. proficiscens domo navibus, 4. 2. proficiscentibus, 4. 4. proficiscerentur, 74. 37. proficisceretur, 55. 26. *& alibi.* proficisci, 13. 17. *& alibi.* proficisci à parente plura non possunt, *à patre conferri*, 120. 19. proficiscitur, 60. 28. proficiscuntur, 41. 18.
rofligarent hostes, 6. 36. profligarunt, 70. 34. profligatæ, 73. 16. profligati sunt, 58. 5. profligatis, 84. 33. profligavit, 61. 21. profliges remp. *evertas, pessundes*, 129. 20.
rofugerat, 107. 23. profugientes, 120. 17. profugit, 107. 19.
rogenie, 76. 8. progeniem, 22 16.
rogenitor, 80. 27.
rogredi, 11. 1. progressum fecit in studiis, 113. 26.
prohibere, 12. 24. prohibet, 2. 18. prohibuit, 38. 9.
projecta, 51. 8.
proinde, 26. 14.
prolaberetur ædes, 127. 8.
prolixa barba, *promissa*, 58. 28.
promittebat, 124. 25. promitteret, 63. 13.
promptus in reb. gerendis, 9. 17.
pronuntiabat, 117. 13. pronuntiaret, 115. 10. pronuntiasset, 78. 8.
propagavit imperii fines, *promovit, protulit*, 101. 28. propagines claror. viror. 125. 37.
propatulo, *loco aperto*, 108. 18.
prope, *prap.* 15. 27. propè, *adv.* 91. 17.
properè, 67. 21. *& alibi.*
propinquâ, 2. 17. propinquis, 90. 32. *& alibi.* propinquitate proximus, 76. 14. propinquitatem, 43. 9. propinquo, 6. 2. propinquorum 2. 15. propinquos, 19. 7. *& alibi.* propinquum, 58. 12. *& alibi.*
propitia, *benevola*, 48. 19.
propius, 7. 24.
proponebantur, 127. 18. proponeret, 127. 6.
Propontidem, 34. 1. *Propontis mare est inter Europam, & Asiam minor. seu inter Thraciam ad occasum, & Mysiam min. ad ortum; hodie vocatur* il mare di Marmora.
proposita, 73. 32. propositum, 2. 20. proposuit, 78. 1.
propria, 74 17. propria, *diutina, stabilia*, 38. 21. se fore illius proprium, 26. 6. *se penitus illi deditum, omnem velle operam in illius reb. promovendis collocare.*
propter, 8. 9. *& alibi sapius.*
propugnacula, 96. 9. propugnaculum, 13. 26. propugnatore, 90. 29.
prorupit, 127. 31.
proscribere, 121. 14. *proscriptione clarissimi cives Romani ad internecionem destinati erant, eorumque bona hasta publica subjecta. Primus proscriptionis auctor erat Sylla, testibus Floro & Velleio; ut omnes quos civile bellum non absumserat, proscriptione interirent, & ipse sublatis optimis quibusque, securiori dominatione uteretur. Syllam imitati sunt triumviri, Cæsar, Lepidus, & Antonius; quorum proscriptione Cicero cum filio, fratre, nepote, omnibus denique Clientibus, & amicis peremptus est.* proscriptione, 122. 27. proscriptionem, *ibid.*

ibid. 37. *& alibi.* proſcriptorum, 121. 17. proſcriptos, *ibid.* 30.
προσκυνεῖν, 40. 30. *hac voce exprimitur veneratio Perſar. regibus debita : Perſa enim regem ſuum, cui aliquid divinum tribuebant, proſtrato humi corpore venerabantur.*
proſecuta, 117. 32. proſequebantur, *comitabantur, deducebant*, 32. 7.
Proſerpinæ, 47. 33. *de hac Cereris & Jovis filia, quæ cum in campis Ennæis flores legeret in Sicilia, à Plutone rapta eſt, conſule poetas ; præcipue Claudian. de raptu Proſerpinæ.*
proſperè geſta. *de reb. bello feliciter geſtis*, 32. 29. proſperitate uſus eſt valetudinis. *de conſtanti & diuturna valetudine*, 127. 25. proſperitas 126 26.
proſpiceret liberis ſuis, 91. 11. *conſuleret, eor. commodis ſerviret.* proſpiciens ab janua, 110. 18.
proſtravit tantas opes, *tam ingentem hoſtium numerum proſtigavit*, 7. 2. *pari ſenſu* proſtravit *alibi uſurpatur.*
protinus, 11. 14. *& alibi.*
protulit telum quod latebat, *i. e. ex terra eduxit*, 64. 8.
provectus eſſet ætate, 96. 24.
provideret, 92. 15.
provincia ei traderetur, 58. 2. de provinciâ depellere, 113. 8. provinciæ, 30. 13. provinciam, 57. 13. *& alibi.* provinciam ſorte nactus, (i. e.) *provincia adminiſtrationem*, 113. 4. provinciarum, 119. 32.
prout, 115. 5.
proxima eſſet Epaminondæ perſona, *ſecundum locum obtineret*, 74. 26. proximâ, 41. 10. proximo, 48. 1. *& alibi.* proximus ætate, *qui proxime poſt illa tempora, quibus hæc acciderunt, vixerat*, 14. 32.
prudens, 65. 21. prudens rei militaris, 39. 9. i. e. *peritus.* prudentem, 120. 4. *& alibi.* prudentia, 121. 26. prudentiâ, 4. 11. *& alibi ſæpius.* prudentiæ, 117. 4. prudentiam juris civilis, *peritiam*, 23. 3. prudentiſſimum, 84. 15.
Pruſiæ, 110. 2. Pruſiam, 108. 23. Pruſias, 110. 9. *Hic erat Bithyniæ rex, qui Hannibalem hoſpitio excepit, poſtquam ab Antiocho diſceſſit. De quo vid. Val. Max. 3. 7. Juſtin. 23. Cic. 2. de Divin.*
Ptolomæus, 90. 31. *Lagi fil. qui ex gregario milite, inter duces & ſucceſſores Alexandri habitus eſt ; atque illo mortuo Ægyptum occupavit, à quo poſtea omnes Ægypti reges* Ptolomæi *dicti ſunt.*
Ptolomæo Cerauno, 99. 5. *v.* Cerauno.
pubes, 45. 23.
publica, 8. 6. *& alibi ſæpius.* publicis 54. 8. publicam, 29. 23. publicarentur bona, *confiſcarentur*, 37. 37. publicarunt, 107. 21. *&* publicata, 37. 5. *&* publicatis, 30. 21. *eod. ſenſu.* publicè, 14. 15. *& alibi ſæpius.* publicis, 19. 8. *& alibi.* publico, 30. 25. *& alibi.* publicos, 13. 23. publicum, 29. 30. in publicum deculi. *in commune civitatis æra.* 54. 10.
pudet, 2. 11.
puer, 110 21. pueri, 123. 19. pueriliſ ætas, 115. 6. puerilia, *ibid.* 10. puero, *ibid.* 7. *& alibi.* puerulo, 104. 11.
pugna, 7. 11. pugnâ. 7. 1. *& alibi ſæpius.* hâc pugnâ pugnatâ, 105. 29. *vetus loquendi modus : ſic Plaut. Pſeud.* 1, 5. *priuſquam iſtam* pugnam pugnabo. *Cic. pro Mur.* pugnâ *ſumma contentione* pugnatâ. *Lucil.*
Vicimus ô ſocii, & magnam pugnavimu' pugnam.
pugnabant, 37. 20. pugnæ, 17. 3. *& alibi.* pugnam, 10. 23. *& alibi.* pugnandi, 6. 20. pugnandum. 108. 36. pugnans, 53. 12. pugnantem, 70. 32. pugnantibus, 109. 30. pugnare, 61. 15. pugnares, 37. 31. pugnari, 71. 19. pugnâſſe, 84. 29. pugnatâ, 105. 29. pugnatum, 62. 16.
pulcherrimæ, 98. 5. pulchre, 123. 21.
pullulare, 113. 17. *ſc. creſcere.*
pulſi patria, 69. 5. pulſus, *victu*, 106. 21.
pulvinar, 55. 9. *inter honores quos Dii veteres ſolvebant, pulvinaria numerari ſatis conſtat : dubitatur tamen an ſint lectuli in quibus deorum ſtatuæ collocatæ erant, ut viſum eſt Lambino, an pulvinaria, quæ ſuper lectos ſtratos in templis, ad ſimulachra numinum ſubleuanda ponebantur, ut viſum eſt Donato, in not. ad Suet. Cæſ. 76. de lectiſterniis vero Romanor. loqu. Liv. Val. Max. aliique. de Gracor. Pauſan. in Arcadicis, & in Phocicis.* pulvinum. 74. 5.
Punicum bellum, I. 100. 2. II. 102. 18.
puppes, 109. 33.

putabant,

putabant, 20. 16. *& alibi.* putabar, 21. 11. *& alibi ſapius.* putabatur, 45. 35. putabunt, 1. 8. putamus, 99. 10. putant, 20. 33. putantur, 2. 10. putarat, 121. putas, 68. 23. putatur, 94. 9. putaverunt, 20. 31. *& alibi.* putavit, 4. 36. *& alibi ſapius.* putem, 123. 32. putentur, 9. 4. putet, 5. 20.

putris, 127. 32.

Pydnam, 14. 18. *urb.* ſcil. *Macedoniæ quam Stephan.* Cydnam *vocat.*

Pylemene, 58. 9. *hic erat dux Paphlagonum, Iliad. 2. à Menelao interfectus, Iliad. 5. non à Patroclo, ut Nepos conjicit.*

Pyrenæum ſaltum, 104. 37. *montes,* ſc. *Pyrenæos qui Hiſpaniam à Gallia ſejungunt.*

Pyrrhus, 98. 18. *rex Epiroter. lapide ictus periit. De eo vid. Plutarch. cum P. Rom. fortiſſime bellavit.*

Pythagoreum, 65. 5. *Pythagoræ philoſophia dictum,*

Pythagoras cunctis animalibus abſtinuit quæ

Tanquam homine, & ventri indulſit non omne legumen

primus anima iter per varia corpora deprehendit; quod iter ſanè in cauſa eſt, cur humano corpore præditi aliquando ferinam retineant naturam: ideo enim nonnulli canes ederunt venaticos, quia lepores quondam fuerint; nec alia eſt cauſa cur aliquis ad felis conſpectum refugiat, quam quod olim cum eſſet exiguus mus, à fele fuerit deprehenſus.

Pythia, 3. 13. *Apollinis ſacerdos, qua & Pythoniſſa & Phœbas dicta eſt; illa Tripodi inſidens, diſtentis cruribus gravem è ſpecu ſubeuntem ſpiritum excipiebat, & ſic furore quodam uterino exagitata vaticinabatur. Cic. de Divin. Nam terra vis Pythiam Delphis incitabat, Sibyllam, natura.*

Q.

QUA, *pron. in nominat. aliqua,* 29. 24. *& alibi.* quâ. 7. 1. *& alibi.* quâ, *adv.* 4. 32. *& alibi.* quacunque, *adv. loci,* 105. 1.

quadraginta, 35. 13.

quadringenta, 17. 22. quadringentorum, 10. 19.

quæ. 2. 10. *& alibi.* quæque, *ſingula,* 17. 21.

quærebant, *interrogabant,* 90. 5. quærebat anguſtias, ſc. *ad pugnand.* 11. 7.

quærentibus, 81. 11.

quærere tempus alterius interficiendi, 31. 4. quæreretur, 79. 5. *& alibi.* quærit, 59. 24. *de interrogatione.* quæritur, *de liberatur,* 88. 2. quæſiſſe, 16. 12. *eod. ſenſu quo* quærit, *&* quærebant, *&* quæſiſſet. 67. 29. quæſivit, 39. 14. quæſivit, *petiit,* 44. 22.

quæſtio, 30. 5. *de judiciali controverſiâ, & diſceptatione.* quæſtionem poëticam alicui proponere, 127. 6.

Quæſtor, 113. 8. *conſulibus aut pratoribus ad bellum & provincias demigrantibus,* quæſtores *additi, qui inde* provinciales *appellati. Additi autem plerumque ſorte, cum ſenatus juberet ſorte provincias aſſignari. vid. Car. Sigon. de antiq. jur. provinc. 2. 3. Roſin. antiq. 7. 45.* Quæſtor *autem pecunia publica præpoſitus erat: Dicitur etiam* Quæſtor *qui præeſt judiciis exercendis, & maleficiis puniendis.*

quæſtum maximum exiſtimans memorem gratumque cognoſci, 120. 27. *congruit fere illud.* Ter. Heaut. Prol. *Eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum, quam maximè veſtris ſervire commodis.*

quale, 7. 3. qualem, 3. 6. quales, 68. 33. qualis eſſet, aperuit in bello, *oſtendit ſuam virtutem,* 57. 15.

quam, *pron. acc.* 4. 8. *& alibi ſapius.* quam, *aliquam,* 63. 23. quàm *conj.* 4. 11. *& alibi ſapius.* quàm, *quantum,* 6. 6. quàm, *intenſiva conj.* 12. 29. *& alibi.*

quamdiu, 71. 15. *& alibi.*

quamplurimos, 2. 2.

quamprimum, 86. 16.

quamvis, 126. 35.

quandam, 56. 8.

quanquam, 16. 5.

quantâ, 17. 12. *& alibi.* quantæ, 73. 33. *& alibi.* quantam, 127. 17. *& alibi.* quantas, 10. 16. quanto, 16. 4. *& alibi.* quantum, 60. 29. quantùm, *adv.* 50. 36. quantus, 72. 6. *& alibi.*

quare, 2. 19. *& alibi.*

quarto, 113. 33. quartum, 17. 31.

quarum, 18. 17. quas, 5. 8. *& alibi.* quaſdam, 60. 26.

quaternis, 126. 13. quatuor, 70. 1.

que, 1. 6. *& alibi ſapiſſimè.*

quem, 2. 11. *& alibi ſapius.*

quemadmodum, 44. 23.

quemlibet. 113. 2. quemque, 73. 9.

quemvis, 40. 33. quendam, 16. 11. *& alibi.* quenquam, 14. 26. *& alibi.* querentem, 96. 26. quererentur, 13. 7. querimoniam, 125. 23. queſtum, 52. 14.
qui, *pron. rel.* 1. 1. *& alibi ſæpiſſime.* qui, *unde*, 17. 28.
quia, 30. 7.
quibus, 3. 12. *& alibi.* quibuſcunque, 80. 18. quibuſdam, 33. 7. quicquam, 60. 19. quicquid, 124. 24. quid, 16. 13. quid, *aliquid*, 19. 16. quiddam, 64. 7.
quidem, 2. 1. *& alibi.*
quidnam, 10. 24.
quies, 119. 10. *quâ quis ingruente bello civili, à bello & partibus abſtinet.* quieſcebat, *dormiebat*, 39. 37. quieſcendum decreverunt, *emittendam eſſe accuſationem*, 30. 6. quieſcentibus, 79. 31. *arma interim non moventibus.*
quietus fuit, 79. 17. *Studio partium, & civili tumultu abſtinuit.*
quin, 95. 8. *& alibi ſæpius.* quinetiam, 120. 23.
quingentarum, 5. 29. quingentis, 46. 2. quinis, 126. 13. quinquaginta, 46. 1. *& alibi.* quinque, 31. 22. *& alibi.* quinquies, 106. 8. quinto, 113. 34. *& alibi.* quintum, 23. 32.
quippe, 1. 14.
Quirinali colle, 123. 12. *uno* ſc. *ex 7. Romæ montibus, ſic appellatus erat à Romuli, qui etiam* Quirinus *dictus eſt, ade ibi conditâ.*
quis, 1. 4. quis *aliquis*, 20. 36. *& alibi.* quiſquam, 29 31. *& alibi.* quiſque, 11. 18.
quivit, 126. 29.
quo pron. 5. 17. *& alibi.* quò *adv.* 4. 5. *& alibi.* quò, *pro ut*, 7. 4. *& alibi.* quoad, 52. 26. *& alibi.* quoad, *donec*, 83. 14. *& alibi.*
quod, *pron.* 1. 7. quod, *aliquod*, 121. 18. quòd, *conj.* 5. 16. *& alibi.*
quodammodo, 87. 1. *& alibi.*
quodcunque, 63. 14. quoddam, 20. 11.
quondam, 7. 6. *& alibi.*
quoniam, 8. 1. *& alibi.*
quoquam, 89. 29 *& alibi.* quòquam, *adv.* 119. 3. quoque, 6. 11. *& alibi.*
quorſum, 47. 15. *& alibi.*
quorum, 20. 12. *& alibi.* quos, 4. 34. *& alibi.* quoſcunque, 35. 35. quoſdam, 48. 9.
quotannis, 17. 23.
quotidiè, 24. 13. quotidiani, 47. 5. quotidiano, 124. 9. quotidianum, 90. 10.
quotieſcunque, 29. 29.

R.

RAdicibus montis, *ima montis infra.* 6. 24.
raperetur cupiditate in Macedoniam, 86. 9.
rari honores, *infrequentes*, 7. 6.
ratio geſtor. niſi explicata fuerit, 57. 9. *accurata notatur circumſtantiar. expoſitio, ſc. non ſufficis dicere quid geſtum, ſed quib. in gerendo vel difficultatibus conflictatus, vel rationibus expeditus fuerit.*
ratio, *ſententia & conſilium*, 5. 24. ratione, *modo & viâ agendi*, 19. 25. rationem iniit talem, *tale cepit conſilium*, 108. 34.
ratum, 34. 24. ratus, 30. 18. *& alibi.*
re, 4. 11. *& alibi ſæpe.* rebus, 30. 36. *& alibi ſæpius.* rebus Laconum ſtudere, *partibus*, 72. 13.
recedere à caritate patriæ, 33. 8.
recens, 55. 13.
receperat, *recuperârat*, 31. 25. receperat expulſum, & alienar. opum indigentem, ſc. *in amicitiam & cur. partem*, 99. 7. recepiſſet ſe intra ſua præſidia, *ad ſua præſid. confugerat.* recepit ſe eodem unde &c. *revertebatur*, 55. 35. recepit, *confugit*, 85. 1. recepti, 61. 13. recepto, 33. 23. ſc. *in exercitum, & profecturam.* receptos, ſc. *in tutelam & patrocinium*, 69. 5. receptum cueri, 14. 10. recepturi, 13. 32. receptus, 61. 5.
receſſiſſent à conſpectu ſuor. *de abſentia ducum ab Athenis*, 52. 29.
recidit in invidiam, 32. 27.
recipere legatos ſi vellent, *ſi vellent ut legati in patriam redirent*, 13. 30. reciperet in fidem, *in tutelam, & patrocinium religioſe præſtandum*, 14. 14.
reconciliare urbem oratione, 7. 22. *ad officium, & obſequium revocare*, reconciliaſſet milites, 47. 8. reconciliatâ pace, 38. 2. *concilsatâ.*
recreare, *reficere ſeminanimem, & morti propinquo eripere*, 85. 2. recreare Siciliam, 96. 35. *depulſâ* ſc. *ſervitute.*
rectum, *honeſtum, decorum*, 1. 7.
recubuiſſet, 48. 2.
recuperandum, 92. 19. recuperare patriam,

-triam, *reſtitui in patriam ab exilio ſuaſque domos recuperare.* recuperari, 55. 25. recuperârunt imperium, 80. 17. recuperâſſe patrimonium, 122. 33. recuperavit hunc Epaminondas, ſc. *ex hoſtium vinculis liberavit*, 74. 33.
recuſante, 96. 13. recuſavit, 70. 12. *& alibi.*
redaſturum, 19. 16.
reddant, 88. 16. redde, 67. 23. reddere libertatem Syracuſan 45. 7. redderentur captivi, 106. 37. redderet literas regi, *traderet*, 19. 9. redderet ei ſalutem, *vivum conſervaret*, 90. 5. reddereretur, 38. 1. plures ſuos reddiderat, *ſibi conciliâras*, 29. 29. reddiderunt, 72. 16. reddiderunt naturæ debitum, 98. 11. *periphraſis mortis, vid.* debitum. reddidit civitatem ferociorem, 10. 6. reddidit mare tutum, 10. 11. reddidit eum hoſtem Romanis, 103. 17.
redeamus illuc, *digreſſione finitâ ad propoſitum revertamur*, 78. 31. redibant illi ex eâ regione quinquaginta talenta. 15. 24. redibat pecunia ex metallis, 10. 7. redierat in Siciliam, 48. 37. rediiſſe in gratiam cum matre, 125. 21. rediiſſet domum, 27. 20. rediit, 15. 21. *& alibi ſæpius.* redire ad officium, 7. 20. rediret, 7. 34. *& alibi* rediſſet. 5. 27. *& alibi.* reditu, 12. 4. reditum eſt, 70. 4. reditus pecuniæ, 124. 17.
redegit ſub Athenienſ. poteſtatem, 4. 29. *& alibi.* redigere, 3. 18. redigeret, 5. 28.
redimere ab Acheronte, *ad vitam revocare*, 48. 33.
reduceret eum ad officium, 58. 15. reduxiſſet uxorem, 46. 23. *receperat alteri traditam.* reduxit, ſc. *ab exilio*, 45. 1. exercitum domum reduxit, 69. 28.
refecerunt ſe Lacedæmonii, 80. 16. ſc. *vires & imperium inſtaurarunt, tranſlatio ab iis, qui vires deliquio aut gravi morbo fractas, reparant.* refecit fana deleta. *de novo condidit, inſtauravit*, 96. 4. refectæ, 101. 1. *eod. ſenſu quo* refecerunt. reficere muros, 56. 12. reficienda. 88. 26. reficiendam, 56. 8. reficiendos, 41. 24.
referant alienos mores ad ſuos, *ex patriis moribus exterar. gentium mores mutantur; ſive alienos mores ad ſuor. normam exigant*, 65. 3. referemus, *narrabimus, exponemus*, 57. 4. referentem bene meritis, gratiam, 86. 21. referre omnia ad oracula, 26. 23. referremus, 29. 12. *eod. ſenſu quo* referemus. referri, *reddi*, 81. 17. refertur res elata ad Ariſtomachen, *ad aures illius pervenit*, 47. 28.
refrenandum, *inhibendum, reprimendum.* 88. 11.
refringerent dominationem, *debilitarent*, 25. 15.
refugere, 53 7. refugerunt, 37. 24.
rege, 7. 35. *& alibi ſæpius.* regem, 5. 12. *& alibi.* regendæ, 54. 4. reges, 26. 21. *& alibi.* reges bini annui quotannis Carthagine creabantur, 107. 10. *Apud Carthaginienſes, 2. fuere Suffetes.* i. e. *Judices, Conſules, penes quos ſumma poteſtas in populum & plane regia, præterquam quod bi magiſtratus annui erant, & bini.*
Reges Nepoti memorati. Ageſilaus, 97. 28. Cyrus, & Darius Hiſtaſpis fil. *ibid.* 31. Xerxes, Artaxerxes Macrochir. & Artax. Mnemon, 98. 2. Philippus, *ibid.* 14. Alex. M. *ibid.* 15. Pyrrhus Epirotes, *ibid.* 18. Dionyſius prior, 98. 20. Antigonus, Demetrius, Lyſimachus, Seleucus, Ptolomæus. 98. 34.
regi, 11. 21. *& alibi ſæpius.* regia, 7. 31. regiæ, 60. 8. regiam, *ſubſt.* 57. 10. regibus, 33. 7. regii, 5. 34. *& alibi.* regiis, 7. 30. regio, 19. 31.
regio, *ſubſt.* 77. 30. regione, 4. 8. *& alibi.* regionem, 59. 14. regiones, 3. 12. *& alibi.* regionibus, 19. 3. *& alibi.* regionum, 62. 19.
regios. 46. 11. *& alibi.* regis, 18. 5. *& alibi.* regium, 90. 26. regius, 18. 5.
regna, 83. 10. regnans, 76. 12. regnante, 14. 31. regni, 44. 26. *& alibi.* regno. *ibid. & alibi.* regnum, 5. 20. regum conſuetudo eſt adverſos caſus hominibus tribuere, ſecundos fortunæ ſuæ. 60. 11.
rei, 8. 24. re ipſa, 92. 35. reipublicæ, 9. 12.
relatæ, *expoſita, narrata*, 97. 27. relatum, *eod. ſenſu*, 1. 3. relatum in proſcriptor. numero, 123. 3.
relegamus, *remittimus*, 114. 7.
relictam, 123. 13. relictas, 33. 34. *& alibi.* relictis, 25. 8. relictum, 61. 2. *& alibi.* relicturus, 71. 9. relictus pauper à majoribus, 65. 17.
religione, 14. 10. *& alibi.* religionem, 29. 36.

29. 36. *& alibi.* religioſe promittere, *magnâ fide*, 124. 25.
relinquebatur, 45. 25. relinquere, 53. 9. relinqueret liberos, 71. 8. relinqueretur, 5. 2. relinqui, 61. 5. relinquo, 71. 10. relinquunt. 10. 34. reliqua, 113. 35. *& alibi.* reliquam, 51. 7. reliquerant, 61. 16. reliquerat, 76. 15. reliquerit, 17. 28. reliquerunt hiſtoriam, 14. 33. reliqui, *adj.* 12. 34. *& alibi.* reliqui, *verb.* 117. 9. reliquias, 11. 37. reliquiſſent, 24. 18. reliquiſſet, 76. 13. reliquit, 4. 34. *& alibi.* reliquo, 10. 5. *& alibi.* reliquos, 35. 37. *& alibi.* reliquum, 10. 33. *& alibi.* reliquus, 58. 6.
rem, 5. 5.
remanſerat, 70. 37. remanſerunt, 119. 9.
remedia, 127. 28.
remiges, 48. 7.
remigravit, 117. 30.
reminiſcens, 32. 10. *& alibi.* reminiſcentes, 93. 6. reminiſci, *excogitare*, 29. 3.
remiſerat, ſc. *animum relaxârat*, 28. 14. remiſſuros captivum, 107. 2. remiſſus domum, 13. 19. remiſſus in labore, *languidus, laboris impatiens*, 50. 24. remittere calces, *retromittere, undique crura jactare*, 85. 29. remitterent, 13. 31.
remota ab honeſtate, *honeſtati parum convenientia*, 2. 9. remotis, 104. 19. remoto adverſario, *è medio ſublato, & interfecto*, 47. 3. remotum à conventu, *de eo qui domi remanet*, 48. 1. removeretur à corporis motu, *ab occaſione motûs*, 85. 26. removerunt eum ab exercitu, *exercitus præfecturam ei abrogârunt*, 72. 15. removiſſet, *oppreſſiſſet*, 108. 32. removiſſet ſe à talibus conſiliis, *abhorruiſſet*, 119. 27. removit hoſtes à muris, *repulit*, 101. 22.
rempublicam, 39. 2.
renovare bellum, 17. 19. renovavit patris memoriam, 55. 13.
renuntiaret, 110. 20. renuntiâſſet, 110. 22. renuntiat, 34. 8. renuntiatum eſt, 71. 1.
repellerent, 17. 18.
repente, 109. 28. repentina vis, *tumultus, ſeditio*, 29. 24. repentini conſilii, 21. 3. 106. 1.
repere, 105. 9.
reperiebat, *conſilium feliciter & prompto animo eliciebat*, 9. 15. reperiebatur intemperans, 28. 16. reperimus, 7. 8. reperire, 113. 27. reperiret, 101. 32. reperit, 109. 19. reperitur, 98. 22. reperta eſt, 27. 1. repertus eſt, 57. 12.
repetitum, 86. 6.
reprehendebatur, 120. 33. reprehenderetur, 71. 6. reprehendit ſeipſum, *conſilium ſuum minus probat*, 59. 36. reprehenſus, 18. 11.
repreſſit regios ſpiritus, *debellavit tyranni ſuperbiam*, 46. 11. reprimeretur luxuria, 113. 16. reprimi concitatam multitudinem, *placari populi iras*, 16. 10.
republica, 66. 30.
repudiaret munera, 91. 9.
repugnantes, *in acie reſiſtentes*, 70. 34. repugnas victoriæ patriæ, *conſilio ejus obtinendæ obſtas*, 33. 28.
repulſiſſet, 90. 20. repulſam ferre alicujus rei, 19. 22. repulſi, 37. 22. repulſus, 26. 25.
reputans, 30. 16.
requireret, 127. 5. requiſiſſet, *interrogaſſet*, 121. 15. requiſivit, 38. 23.
rerum, 20. 15. *& alibi ſæpius.* res conſtituit, *ſtatum civitatis*, 4. 13. res divina, *de ſacris & hoſtiar. immolatione*, 104. 14. reſpublica, 32. 22.
reſciit, 58. 19.
reſciſſo, 5. 12.
reſcituros, 87. 28. reſciverunt, 20. 2.
reſecrare, 32. 18. *execrationem revocare, vel eâ aliquem exſolvere.*
reſedit, 69. 5.
reſervaret ſe ſibi ſuiſque, 128. 16. *ſui & amicorum cauſâ non ſibi mortem conſciſceret, ſed vita onus ferret, & meliora expectaret; juxta monitum illud Virgilian.*

Durate & voſmet rebus ſervate ſecundis.

reſiſtendi, 59. 32. reſiſtendum, 59. 28.
reſpiciens, *ſecum cogitans*, 8. 25.
reſpondebat, 19. 35. reſpondendi, 68. 3. reſpondendo, 69. 1. reſponderunt, 4. 1. reſpondit, 10 25. *& alibi.* reſponſo, 3. 15. reſponſum, 10. 26. reſponſurum, ſc. *cauſam in judicio defenſur.* 70. 8.
reſtitit, 11. 20. *obſtitit. & alibi.* reſtitit, *impedivit*, 116. 35.
reſtituendi ſpes, ſc. *ab exilio in patriam*, 120. 8. reſtituerat muros, *extruxerat*,

rat, 56. 11. reſtituerent, 97. 18. reſtitueret, 41. 37. *& alibi.* reſtitueretur, 74. 23. reſtituit Seuthen in regnum, 50. 2. ſua civibus reſtituit, 96. 2. reſtituitur plebiſcito, *ab exilio revocatur*, 31. 18. reſtituta, 32. 16.
reſtitutus eſt in patriam, 17. 1.
retardaretur, 88. 9.
retardati ſunt, *eor. in bello impetus deſerbuit*, 70. 33. retardavit impetus Epaminondæ, *refrænavit*, 50. 19.
retenturum, 4. 37.
retia, 73. 27.
retinebat, 76. 10. *& alibi.* retinendam, 110. 24. retinere, 127. 15. retinerent, 13. 15. retinuerat, 8. 18. retinuerit, 117. 37. retinuiſſet, 69. 36. retinuit, 71. 2.
retraxit Thebis ab interitu, 70. 18.
retulerunt, *portarunt*, 35. 9. retulerunt, *receperunt*, 109 34. retulit gratiam, 14. 29. retulit verſum, *recitavit*, 46. 31. retulit ad conſilium, 89. 35.
reverſus eſt, 12. 7. revertar, 87. 17. reverteretur, 20. 4. *& alibi.* reverti, 15. 3. revertitur, 4. 21. revertor, 45. 30.
reum aliquem facere, 30. 11.
revocare aliquem ad virtutem à luxuriâ, 46. 24. revocarunt Hannibalem domum, 107. 7. revocat, 56. 2. revocatus, 19. 25. *& alibi.* revocavit tubâ milites, *receptui cecinit*, 51. 10.
rex, 4. 30. *& alibi ſapius.*
rhapſodia, 46. 31. *libro, quaſi ſutura carminum. de carminib. Homeri qua cum ante diſſipata eſſent, diſjectaque, à Piſiſtrato in Rhapſodias, ſeu libros digeſta ſunt.*
rhetoris, 69. 3.
Rhodanum, 105. 11. ſc. *Gallia fl. qui oritur in monte Jura in limite Helvetia, Genevam præterlabitur, Galliam à Sabaudia dividit, & tandem in mare Mediterraneum dilabitur, vocatur hodie*, le Rhoſne.
Rhodii, *Rhodi incolæ*, confligunt cum Antiochi copiis, 108. 3. *Rhodus autem inſula eſt Aſiæ min. in mari Carpathio, & Caria ad Meridiem ferè adjacens; hodie etiam* Rhodi *dicitur, ob ingentem coloſſum ſoli dicatum, olim celeberrima.*
riſum excitare, 109. 30.
robur, 37. 10. robuſtior, 29. 9. robuſtiores, 37. 15. robuſtum, 108. 27.
rogabatur, 124. 24. rogarent, 107. 2. rogatu, 67. 9.
Roma domicil. imperii, 117. 2. Roman. pop. omnes gentes virtute ſuperavit. 103. 5. Romanum nomen, *populus*, 107. 4. Romano non licebat alibi civem fieri, 116. 33.
Romulo, 127. 8. *de hoc Roma conditore cui lupa lac præbuit, conſule Romanos hiſtoricos.*
roſtro, *prorâ*, 53. 6.
rubro, 104. 2.
rudibus, 72. 5.
Rufum, 106. 4. *v.* Minutium.
rumore celeri dilato, 48. 26.
rurſus, 32. 17. *& alibi.*
ruſticum, 124. 16.

S.

SAbinis, *pop. ſc. Italiæ, qui Sabinum agrum, non procul à Roma incolunt.*
ſacellis, 13. 3. ſacellum, 97. 1. ſacer, 12. 37. ſacerdotes, 26. 31. *& alibi.* ſacerdotibus, 10. 32. *& alibi.* ſacra, 10. 33. ſacrarium, *aſylum*, 14. 11. ſacrificare, 104. 19. ſacrilegii, 32. 16. ſacrilegorum, 79. 12.
ſæpe, 9. 13. *& alibi ſapiſſime.* ſæpius, 69. 24.
ſagacitate, 31. 5.
Saguntum, 104. 34. *Saguntus* (inquit Flor.) *vetus & opulenta erat Hiſpaniæ civitas, fidejque erga Romanos magnum quidem, ſed triſte monumentum. Hanc urbem ad extremam inopiam & famem redactam Hannibal vi expugnavit, poſt octavum obſidion. menſem, An. U. C. 535. bello Punico II. civium vero maxima pars ſe ſuaque omnia in pyram conjecerunt, nec victoris arbitrium expectarunt. Ex hujus urbis ruinis crevit oppidulum tenue, vocatum hodie* Morvedre.
Salamina, 11. 12. Salaminem, 10. 31. *Salamis vel Salamin inſula eſt in ſinu Saronico contra Atticam, in qua Telamon Ajacis & Teucri pater regnavit, non procul ab Ægina ejuſdem ſinus inſula; nunc vulgo dicitur* Coluri; *Ægina verò nunc* Engia.
ſalis, *venuſtatis*, 123. 15.
ſalo, *mari*, 14. 26.
ſaltare, 66. 4. ſaltâſſe, 1. 5.
ſaltum, 104. 37. ſaltuoſam, 59. 14.
ſaltus, 105. 5. *& alibi.*
ſalvi, 70. 21. ſalutare, 116. 23. ſalute, 69. 18.

69. 18. salutem, 48. 8. saluti, 10. 13. & alibi. salutis, 5. 2. salvum, 43. 16.

Samothraciam, 121. 36. sc. insul. maris Ægæi, non procul à Thracia, olim Dardania dict. hodie Samandrachi.

Samum, 31. 17. Samus, 55. 17. Samus vel Samos insula est Icarii maris ab Ionia, brevi freto diserta, nec procul ab Epheso, olim Junoni dicata, quod in eâ nata esse crederetur: Hic natus erat Pythagoras.

sana, 79. 23. sanandum, 128. 4.

sancta. 79. 10. sanctiora, 24. 56. sanctissimè, 97. 2. sanctissimis, 116. 36. sanctitate, integritate, & oppon. crudelitati & avaritiæ, 27. 12. sanctius, 94. 15. sanctum, 74. 31.

sanguine, 48. 33. & alibi. sanguinem, 95. 2.

sanxit hæc conjunctio eor. necessitudinem, affinitate ipsa, tanquam lege & religione quâdam inter eos contracta necessitudo, & quasi sancta reddita, cum antea liberi, & sere sine ullo vinculo amicitiam colerent; pium est autem necessitudo, quam amicitia, aut samiliaritas.

sapienter, 66. 22. sapientia, 55. 22. sapientiæ, 127. 15. sapientis, 56. 13. sapientiùs, 94. 10. sapientum, 38. 15.

Sardus, 78. 10. sardibus, 42. 1. urb. sc Lydiæ in Asiâ min. ad latus Tmoli montis; olim erat Crœsi regia; nunc excisa est, & in vicum redacta, qui Sardo dicitur.

Sardiniam, 112. 16. Sardinienſem, 113. 3. Sardinia insula est maris Libyci, sic dicta à Sardo quodam, Herculis filio, teste Pausan. in Phocicis.

sarmenta. arbor. vimina, 105. 36.

satellus, 95. 4. satellites, 19. 32. satellitibus, 56. 20.

satietati, 72. 8. qua sc. fastidium parit.

satis. 1. 2. & alibi sæpius.

satisfeci, 128. 3.

satius. 21. 9.

Satrapæ, 18. 29. Satrapem, 39. 16. Satrapes. 18. 5. Satrapis, 27. 8.

saucium, 105. 13.

Saufeii, 122. 27. Saufeius, ibid. 32. æqualis & amicus Attici, cujus ope Saufeius in proscriptor. numer. relatus, patrimonium recuperavit.

scapha, cymbula, 109. 13.

sceleratos, 48. 28. scelere, 21. 20. scelaris, 90. 30.

scenam, 2. 4.

sceptro, 86. 32.

Schismas, 61. 25. Datamis fil. regi patris defectionem aperit, ibid. 26.

scienter, 1. 6.

scilicet, 68. 7.

scimus. 65. 5. scio, 14. 30.

Scipio P. Corn. 105. 14. Scipione, 105. 11. Hic erat Cos. Roman. quem Hannibal primùm apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugavit.

Scipioni P. Corn. Africano Quæstor obtigit Cato, 112. 13. Scipio African. Cos. in civitate principatum obtinet, 113. 10. Hic erat Scipio ab Hannibale victi fil. qui patrem in pugna, qua ad Padum commissa est, pio objectu corporis morti subduxit, aut vinculis; cuique ut inquit Flor. tam grande de Africa nom. fata decreverunt; namque ille victo Hannibale subactaque Africa, Africanus dictus: cum Lælio tandem amico secessum amarum natus, & privatus in urbe manens, ut non ignobili se dedidit.

scirent, 77. 11.

scopulosò, 121. 25.

scorta, 45. 24.

scribæ, 82. 16. Hic loqu. Nepos de ejusmodi scribis, qui hodie secretarii vocantur: qui regi semper adsunt, & unium consilior. habiti sunt participes.

scribamus, 65. 2. scribentem. 16. 11. scribere historiam, 72. 5. scriberet, 27. 13. & alibi. scripserunt, 18. 16. scripsisse, 14. 30. & alibi. scripsit, 42. 7. scripta, 19. 10. & alibi. scripto, 18. 13. scriptores, 68. 1. scriptoribus, 76. 1. scriptum, 20. 3. & alibi. scripturæ. 1. 2.

scrutarentur, 63. 37.

scuto, 51. 8.

Scyrum, 23. 19. insul. sc. in Ægæo mari, in qua Achilles fœminam mentitus delituit inter Lycomedu regis filias.

Scytala, 20 2. secretum Epistola jussoria, & comminatoria genus, qua Lacedæmonii ad revocandos duces uti solebant, de qua vid. Plutarch. in Lysandro, & A. Gell. Noct. Att. 17. 9. ubi forma Scytalæ accuratè describitur. Duo autem erant baculi teretes & oblonguli, alterum secum dux ferebat, alterum Ephori domi habebant: quando usus venerat secretiorum literar. Epistolam circa suum baculum loro ligatam duci mittebant Ephori,

pheri, quam dux circa ſuum baculum ejuſdem magnitudinis & rotunditatis denuo implicando, ſolus potuit legere. Vid. plura apud Gell.
Scythis, 5. 5. *Scythia pop. ſunt bellicoſi tum in Aſia, tum Europa; Scythia enim hodie* Tartaria *dividitur in Aſiaticam, & Europæam; Aſiatica ſita eſt circa montem Imaum; Europæa, circa mare Euxinum & Mæoticam paludem.* Scythiſſa, 57. 10.
ſe, 4. 1. *& alibi ſæpius.* ſeſe, 4. 23. ſeſe, 4. 23. ſecum, 4. 9.
ſecunda, 74. 25. ſecundâ, 46. 31. *& alibi.* ſecundam, 81. 16. ſecundam *proſperam*, 94 10. ſecundas, *eod. ſenſu*, 31. 36. & ſecundi, 33. 25. ſecundo, 37. 30. ſecundum, 40. 24. ſecundus, 113. 31.
ſecuri, 90. 3.
ſecus, 44. 11. ſecutæ, 53. 4. ſecuti, 119. 8. ſecuti ſunt hujus ſententiam, *ad conſilium acceſſerunt*, 5. 21. ſecuti ſumus mores eor. *reſpeximus*, 1. 11. ſecutum eſt, *evenit*, 119. 15. ſecutus, 118. 29. ſecutus eſt Neronis caſtra, 112. 10. *ſub ejus ſign. militavit.*
ſed, 1. 6. *& alibi ſæpiſſime.*
ſedandam, 88. 25. ſedaret, 47. 14. ſedatum, 62. 26.
ſedentem, 21. 2. ſedere tamdiu uno loco, *morari*, 62. 3. ſedet, 2. 15.
ſeditio, 90. 9.
ſegnes, 37. 14. ſegnius, 4. 16. *& alibi.*
ſegregari à conſiliis, *non amplius adhiberi*, 104. 8.
ſeipſum, 59. 36.
ſejunctam, 121. 23. ſejunctum à propoſito, *alienum*, 73. 32. ſejungunt, 105. 3.
Seleucus à Ptolomæo dolo interfectus, 99. 5. *Hic erat unus ex Alexand. ducibus & ſucceſſoribus, poſt Alexandri mortem Syriâ & Babylone potitus eſt.*
ſellam, 86. 31.
ſemel, 50. 31. *& alibi.*
ſemianimis, 21. 23.
ſemivivum, 85. 2.
ſemper, 24. 9.
Sempronium Gracchum, 106. 6. *v.* Gracchum.
Senam, 112. 11. *urb. ſc. in Umbria, non procul à Metauro fl. dicitur etiam Senogallia.*
ſenatu, 113. 12. ſenatui, 106. 33. *& alibi.* ſenatum, 13. 19. *& alibi.* ſenatus, 107. 18. ſenatuſconſulto, 106. 37.
ſene, 119. 18. ſenectute, 93. 9. ſenectutem, 50. 30. ſenem, 66. 7. ſeneſcere opes, *minui, debilitari. Metaph à ſenum viribus deficientibus, ita Sen. Ep.* 91. *urbium, imperior. gentium nunc floret fortuna, nunc ſeneſcit.* 31. 10. ſenex, 113. 29. ſeni, 125. 37. ſenior, 113. 26.
ſenſerunt, *intellexerunt*, 34. 3.
ſenſiſſe adverſus ſe, *adverſaria factioni faviſſe*, 47. 4. ſenſit, 14. 21. ſenſu, *ſententia*, 31. 14. ſenſus, *conſilia*, 47. 24. ſententia, 18. 13. *& alibi*, ſententiâ, *voto*, 32. 26. *& alibi.* ſententiæ deor. *voluntati*, 27. 4. ſententiam, 5. 21. ſentiebant, 73. 12. *& alibi.* ſentiebat, *videbat*, 44. 10. ſententiis judicum abſolutus, 26. 33. ſentire alia atque antea, *fidem mutaſſe, non amplius regis partibus ſtudere.* 104. 7. ſentirent, 90. 30.
ſeparatim, 63. 35. *& alibi.* ſeparatis temporibus, *diverſis*, 88. 33.
ſepeliendum, 90. 33. ſepelire, 93. 20.
ſepſiſſe, 13. 24. ſepſit, 48. 4.
ſeptem, 38. 15.
Septentrionibus, 4. 3.
ſeptimum, 90. 7. ſeptingentorum, 10. 20. ſeptuageſimo, 110. 29. ſeptuaginta, 127. 21.
ſepulchri, 48. 34. ſepulchris, 13. 3. ſepulchrum, 15. 27.
ſepulta, 15. 35. ſepultus, 21. 29.
ſequebantur, 10. 19. *& alibi.* ſequenti tempore, 38. 24. ſequerentur, 55. 33. ſequerentur conſilium, *imitarentur quod alter fecit*, 61. 3. ſequerentur amicitiam Atticor. *cum iis ſocietatem inirent*, 68. 31. ſequerentur otium, *otio indulgerent*, 73. 8. ſequi, 35. 5. ſequi exemplum alterius, 78. 31.
ſermo, 66. 30. ſermone Græco, *linguâ*, 110. 36. ſermonem, 44. 28. ſermoni, *lingua*, 15. 15. ſermonis ſuavitas, 117. 11.
ſerò, 78. 13.
ſerpentes, 108. 37. ſerpentibus, 109. 32. ſerpentium, 109. 5.
ſervabat ju jurandum, 77. 21. ſervandi, 24. 7. ſervare, 48. 20. *& alibi.* ſervari, *de eo qui in vincula conjectus eſt*, 89. 10. ſervat navem ex hyeme, *conſervat*, 121. 25. ſervatâ, 77. 24.
ſervi, 12. 36. ſerviebat dignitati, *conſuluit*,

fulust, 118. 34. ſerviendum paci putavit, *conciliandæ paci operam dandam eſſe*, 100. 15. ſerviens famæ, *parandæ fama ſtudens*, 9. 12.
Serviliam Bruti matrem, 122. 5. *Hæc erat ſoror Catonis Uticenſis quam Jul. Caſ. adoleſcens amaverat, unde nonnulli crediderunt Brutum à J. Caſ. genitum fuiſſe. Vid. Sueton. & Plutarch.*
ſervire, 34. 12. ſervis, 71. 24. *& alibi.* ſervitute, 36. 7. *& alibi.* ſervitutem, 68. 12. ſervitutis, 96. 11. ſervivit, 66. 15. ſervorum, 20. 13.
ſeſſores, *poſſeſſores*, 23. 20.
ſeſtertio, 124. 12. *ſeſtertium continebat duas libras & ſemiſſem ; ſingula autem libra continebant drachmas centum. Mille ſeſtertia in noſtra moneta valent 4. l. 16. ſ. 3. d.*
Seſtum, 54. 16. *Seſtus oppidum erat Chærſoneſi Thraciæ, Abydo oppoſitum, ob Heros amores olim clarum : nunc dirutum jacet, & prope ejus rudera excitata eſt arx in ora Thraciæ ad Helleſpontum ; à Turcis vocatur* Bogoz-iſſar.
ſeveras res, *ſerias*, 74. 6. ſevere, 113. 14. ſeveritate, 50. 3. ſeverum, 66. 7.
Scuthen, 33. 19. *Thraciæ rex.*
ſex, 12. 6. *& alibi.* ſexaginta, 17. 23. ſexdecim, 125. 7. ſexto, 16. 18.
ſexum, 76. 13.
ſi, 1. 8. *& alibi ſæpius.*
ſibi, 53. 19. *& alibi ſæpius.*
ſic, 4. 36. *& alibi ſæpiſſ.* ſic, *adeo*, 25. 1. 1.
Sic[i]lia, 57. 5. eam Dion obtinet, 46. 16. *Sicilia inſula eſt perampla maris Mediterranei, tribus promontoriis terminata, Peloro nempe contra Italiam, Pachyno contra Peloponneſum, & Lilybæo contra Africam, dicitur etiam Trinacria, & Sicania.* Siculorum amorem conſequitur Timoleon, quorum res feliciter conſtituerat, 96. 13.
ſicut, 32. 30.
ſidere, *de nave quæ penè demergitur*, 53. 6.
Sigæo, ſc. *Ida promontor.* 52. 31. *voc. hodie* Janizari.
ſigna inferri, 61. 10. *prælium committi, hoſtem invadi.* ſignata, 74. 5. *ſigna, ſc. pugna.* ſignatum, 27. 18.
ſignificaret, *oſtenderet*, 81. 8. ſignificari, 10. 29. ſignificavimus, 126. 20.
ſigno, *quo ſc. obſignantur epiſtolæ*, 20. 24. ſignum, 50. 6. ſignum, *indicium*, 28.
ſim, 40. 34.
ſimilem, 67. 20. ſimiles, 91. 13. milis, 97. 14. ſimilitudinem, 8. ſimillimum, 62. 36.
ſimplici, 94. 8.
ſimul, 17. 11. *& alibi ſæpiſſime.*
ſimulans, 19. 7.
ſimulacra, 79. 11.
ſimularet, 26. 1. ſimulat, 63. 18. mulata, 44. 34. ſimulatâ, 86. 1. *alibi.* ſimulatione, 86. 35.
ſimultate, 125. 21. ſimultatis, 44.
ſin, 67. 17.
ſine, 9. 10. *& alibi ſæpius.*
ſingularem, 117. 27. ſingulari, 22. ſingularis potentia, *unius natio*, 48. 16. ſingularis prudentia, *egregia, eximia*, 121. 26.
ſinguli, 50. 7. ſingulis, 4. 35. ſingulorum, 126. 12. ſingulos, 11. 27.
ſiniſtra, 58. 33.
ſint, 44. 8. ſis, 71. 9. ſit, 71. 12.
ſitæ, 31. 26. ſitam, 70. 28.
ſive, 12. 37.
ſobrio, 45. 25.
ſocer, 60. 36. ſocero, 102. 4. ſocerum, 29. 1.
ſociali, 50. 32. ſocietate, 36. 34. cietatem, 3. 9. *& alibi.* ſocii, 79. ſociorum, 69. 7. ſocios, 29. 17. cium, 50. 1.
Socrate, 29. 6. *Hunc egregium philoſophum, Apollinis oraculo ſapientiſſimum judicatum, ſuorum invidia civium, & ra cicuta ſorbitio extinxit : Athenienſes vero Athenienſes honorè pene divino ſecuti ſunt, quem vivum contempſerant divum vocarunt.* Socratico, 76. 2. *eratis auditores & diſcipuli plerique vocati erant Socratici.*
ſola, 87. 30.
ſoleat, 73. 33. ſolebat, 68. 9. ſolent, 93. 14. ſolere, 37. 18. ſolerent, 14.
ſolers, 113. 23.
ſolitudo, 37. 12.
ſolitum, 123. 37. ſolitus, 112. 6.
ſollicitare ſervos ſpe libertatis, 20.
ſolos, 73. 3.
ſolvere pecuniam, 8. 5. ſolveret, Jovi, 26. 26. ſolviſſent naves, *altum provecti vela ventis dediſſent*, 31. ſolviſſet, 22. 7.
ſolum, *adv.* 3. 4. *& alibi ſæpius.* 89. 34.

ſoluta epiſtola, *detracta* ſc. *ſigno*, 109. 19.
ſoluturum, 22. 14.
ſomno ſopitus, 44. 31.
ſonitu, 35 2. ſonum, 66. 1.
Sophroſynen, *Dionyſii ſuperioris filiam*, 43. 6.
ſopitus, 44. 31. *ſoporem*, ſc. *poculum ſoporiferum*, 44. 30.
ſoror, 94. 17. ſororem, 1. 13. ſororis, 44. 26.
ſorte, 113. 4. ſortis, 112. 13.
Soſilus, 111. 4. eo uſus eſt Hannibal literar. Græcar. doctore, *ibid.* 5. geſta Hannibalis ſcripſit, *ibid.*
Soſio, C. *Coſ. Rom.* 138. 21. ſub ejus conſulatu deceſſit Atticus, *ibid.*
ſparo, 70. 32. *Sparus* (inquit Serv.) *eſt ruſticum telum in modum pedi recurvum, quo ſæpe utebantur Græci.*

Agreſtoſque manus armat ſparus. —— *Virgil.*

Sparta, 50. 20. *v.* Lacedæm, Spartani, 57. 28.
ſpatio, ſc. *loci*, 85. 30. ſpatium, 85. 23. ſpatium, ſc. *tempor.* 90. 8.
ſpe, 20. 14. *& alibi.*
ſpecie, *ſimulatione*, 87. 34. ſpeciem, 95. 12. *partem, ut alii, ſive ut alii, indicium.*
ſpecimen, 117. 4.
ſpectabat hoc longe aliò, 12. 25. *hac in re longe aliud intendebant, quam quod agebant.*
ſpectaculo eſſe, 2, 6. *in ſcenam prodire, & fabulas agere.*
ſpectatum ludos ire, 98. 17. ſpeculatores, 33. 33. ſpeculatur, 59. 26.
ſpei, 118. 37. ſpem, 29. 32. ſperabant, 120. 11. ſperabat, 87. 30. ſperans, 34. 1. ſperare, 3. 5. ſpero, 128. 3. ſpes, 5. 2. *& alibi.*
ſpiritus, *factum tyrannicum*, 46. 11.
ſplendide, 124. 12. ſplendidiſſima, 35. 21. ſplendidus, *cultui vitæ decoro, ſine luxu, ſtudens*, 123. 29. ſplendore, 35. 22.
ſpoliare, 120. 13. ſpoliarent, 79. 15. ſpoliavit, 37. 28.
ſponſalia, *pro ipſa deſponſatione*, 126. 35.
ſponſor, 120. 23. *qui fidem ſuam interponit in ſiſtend. vadimon. in facienda verſurâ &c.*
